

Nicolaus Dresdensis

Nechutová, Jana (editor)

Querite primum regnum Dei

In: Nicolaus Dresdensis. *Querite primum regnum Dei*. Nechutová, Jana (editor). Vyd. 1. Brno: Universita J.E. Purkyně, 1967, pp. 25-97

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/119853>

Access Date: 16. 02. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

QUERITE PRIMUM REGNUM DEI

01 »Querite primum regnum Dei et iusticiam eius. Et scribitur Mathei VI¹ 100r^a
et Luce XII.² Ut attestatur venerabilis Boecius *De consolacione phylosophie* M 110r
libro III prosa II,³ omnes homines nituntur pervenire ad unum finem C 96r
beatitudinis, quia beatitudo congregat in se omnia bona. Ideo eius
05 cupiditas naturaliter hominibus est inserta, ita quod mens humana
naturaliter desiderat verum bonum et nunquam tendit in falsum bonum.
nisi inquantum ipsum estimatur verum bonum. Et sic per istum devium
errorem ad falsa bona sepe homines ducuntur, statuentes in eis finem.
Sunt autem quinque, in quibus errantes a vero bono posuerunt
10 consistere felicitatem, scilicet divicie, honores, potestates, voluptates et
gloria. Quia triplex habetur bonum, scilicet utile, honestum, delectabile.

Illi, qui intendebant bonum utile, posuerunt felicitatem in diviciis.
Ideo dicit Paulus »avaricia,⁴ quod est ydolorum servitus«. Sed qui
intendebant bonum delectabile, posuerunt felicitatem et finem in
15 voluptatibus, sicut Epicuri. *Unde dicitur* »quorum⁵ deus venter eorum
est«. Qui autem intendebant bonum honestum, illi diversificabantur,
quia bonum honestum est bonum secundum rationem, racio autem
est duplex, / speculativa et practica. De bono honesto, quod consistit in 100r^a
speculacione, non loquebantur isti, quia tale bonum est latens, ipsi
20 autem posuerunt et ponunt felicitatem in bono manifesto, quod est
bonum rationis practice. Tale ergo bonum vel consistit in opinione
hominum et sic est gloria, vel consistit in exercicio actus realis. Hoc
est duplex, quia vel consistit in exercicio proprii actus circa alios — sic
est potestas, vel consistit in exercicio actus aliorum circa / se, et sic C 96v
25 est honor. *Et hanc sentenciam declarat Boecius in prosa ubi supra, dicens*
»omnis⁶ mortalium cura « etc.

Unde patet multiplex error hominum. Sicut enim ebrius scit se habere
domum, sed propter defectum rationis nescit, quomodo ad eam redeat,
sic homines aliquo modo generali sciunt et cognoscunt summum bonum
30 et naturaliter inclinantur ad illud tanquam ad principium a quo proces-
serunt, sed inebriati amore temporalium bonorum nesciunt, quomodo
ad illud perveniant. *Ideo dicit Boecius ubi supra:* »Sed⁷ ad hominum
studia revertar, quorum animus etsi caligante memoria semper tamen
summum bonum repetit, sed velud ebrius, domum quo tramite revertatur,

01 Et scribitur: Et om. UM — 04 quia: eterna M — 07 nisi inquantum... verum bonum
om. U — 12 utile: scilicet utile U — 16 eorum; in C om., postea tamen additum:
in M del.: Vulg. om. — 19 ipsi autem: ipsi vero, in margine etiam autem C — 22 in
exercicio: in exerciciis U — 24 aliorum [et] circa: et om. U: in C et om., postea tamen
additum — 27 hominum om. U — 28 redeat: redigit M — 29 sciunt et om. U — 34
ebrius, domum: ebrius nescit U

ignorat.« Et quia ipsum principium omnium rerum, quod est Deus, 01
qui et beatitudo vera, sompnando congnoscitur et difficulter ad ipsum
pervenitur, quia intellectus noster habet se ad ipsum sicut oculus
noctue ad lumen solis, ex 2° *Metaphisice*.⁸ Et dicit Boecius ubi supra,
100v^a prosa III: »Vos⁹ quoque, o/terrena animalia, tenui licet ymagine vestrum
tamen principium sompniatis verumque illum beatitudinis finem licet
minime perspicaci, qualicunque tamen congnitione prospicitis, eo quod
C 97r vos ad verum bonum naturalis adducit intencio et ab eodem / multiplex
M 110v error abducit.« Unde Alanus in *Anticlaudiano*: /

10

»Difficilis¹⁰ accessus ad hanc, facilisque recessus;
accessus paucis, casus patet omnibus, in quam
vix aliquis transire valet, valet omnis ab illa
declinare via, que paucis pervia, multis
clauditur, arta nimis intranti, larga ruine.«

Ideo contendere nos oportet cum carne mundoque, dyabulo, per 15
angustam portam intrare, insuper querere, pulsare et petere verum
bonum. »Omnis¹¹ enim, qui petit, accipit, et qui querit, invenit,
et pulsanti aperietur.« Ad quod diligenter faciendum inducit verbum
thematis nostri, cum dicitur »querite«.

Et quia ego homo fragilis, ligwa impeditus, moribus inconpositus, neque 20
scencia ornatus, sed peccatis involutus — »in iniquitatibus¹² enim
conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea«, *Psalmo L*, cupiens
inmaculata et casta Domini tractare eloquia, non inmerito terrent et
redarguant me plurima et diversa Scripture verba (quia peccatori dixit

100v^b Deus »quare¹³ tu enarras iusticias meas / et assumis testamentum/meum 25
C 97v per os tuum? Tu vero odisti disciplinam et proieciisti sermones meos
retrorsum«, *Psalmo XLIX*^o, »nec¹⁴ speciosa laus est in ore peccatoris«,
Ecclesiastici X) pariter et exempla (quia Moyses eloquens non fuit et
tamen a Domino missus, *Exodi III*¹⁵, Ysaias labia munda non habuit
et tamen Dominum exercituum vidit, *Ysaie VII*¹⁶, Ieremias loqui 30
nescivit, quem tamen Dominus in utero matris sanctificavit, *Ieremie I*¹⁷).
Quid ergo faciam, ignoro, quoniam »dolor¹⁸ meus renovatus est«,
Psalmo XXXVIII. Quomodo laudare possum nomen Domini, nisi
piissimus Pater misericordiarum, Deus tocius consolacionis, mittere 35
dignetur unum de seraphym cum calculo de altari, tangens os meum
et labia mea, ut auferatur iniquitas mea et peccatum meum *Ysaie VII*¹⁹,
dicensque »ecce²⁰, dedi verba mea in ore tuo « *Ieremie primo*, qui »dum²¹
aperit manum suam, inplet omne animal benedictione « *Psalmo XLIV*.

Michi ergo assistere dignetur, ut non loquar nunc et semper ex intentione nisi sibi placita. michi salubria proximique edificatoria cum spiritu 40

04 ex 2° *Metaphisice*: hec 2° *Metaphisice* M — 05 Vos quoque: Vos, que U —
animalia: aliena M — tenui: renui U — 07 perspicaci em. sec. Weinberg: prospicitatit
UCM — congnitione: congregacione M: cogitatione Weinberg — 08 vos ad: vos et
ad UC — naturalis: naturaliter U — 09 in *Anticlaudiano*: in Anteclaudio U — 14
intranti: virtuti MPL — 17 invenit, et pulsanti aperietur: invenit etc. C — 19
querite: querite etc. C — 26 meos om. U — 30 Dominum exercituum: exercituum
Dominum C — 35 seraphym: seraphin CM

01 contrito et trementi sermones eius, ut si contingeret, quod / absit, C 98r
ex ignorancia, infirmitate vel quocunque alio defectu, quibus ego miser
plenus sum intus et extra, / me loqui aliqua merito et racionabiliter 101r^a
piarum aurium offensiva piarumque mencium Deum diligencium et
05 legem eius inmaculatam verbo et facto circumscriptis²² invidie ranco-
risque stimulis, fraterna caritas libere valeat emendare, cuius correccioni
nunc et deinceps semper me suppono et paratus esse volo emendare
adinstar Augustini, qui dicit *XXIIII q. III Si habes:* »Senex²³ enim
a iuvene et episcopus tot annorum a collega neendum anniculo paratus
10 sum doceri. Quomodo possum vel Deo vel hominibus iustum reddere
racionem?« Et merito, cum Dominus et magister omnium, qui sine
peccato fuit, accusandi licenciam uni Iudeo sceleratissimo dedit, *cum*
dixit: »Si²⁴ male locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem
bene, / cur me cedis?«, *Iohannis XVIII.* Et *Extra De symonia, Si* M 111r
15 *Dominus, et in glossa*²⁵. Alias stultus esse convincitur, *ut XXII di.*
De Constantinopolitana, ubi inquit Gregorius: »Et²⁶ ego minores meos.
quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus enim est,
qui in eo primum se estimat, ut bona, que videat, discere contempnat.«
Qui enim bono consilio/non acquiescit, amittere debet dignitatem exemplo 101r^b
20 Roboam. qui senioribus non credidit, *ut 3ⁱⁱ Regum XII, 2ⁱ Paralipomenon VI, et VII q.1 Denique,* »vel²⁷ adinstar uxoris Loth,/que conversa C 98v
est in statuam salis«, *Genesis XIX²⁸ et LXXXIIII di. Pervenit in glossa*
*penultima.*²⁹ Et dicit lex, quod ea firmitate utantur, »qui³⁰ consilio
geruntur«, *ut C De repudias, lege III.* Illis autem non obstantibus
25 protestacionibus timeo oblatriantes, quos exceccavit malicia invidie,
multos fore, nec apud illos prodesse, sicut nec profuerunt Cristo, cum
dixit »ego³¹ testimonium de me ipso non perhibeo«, *et iterum* »scrutamini³² Scripturas, « *et sequitur* »si³³ crederetis Moysi, crederetis forsitan
et michi« *Iohannis V in fine, et iterum* »si³⁴ michi non vultis credere.
30 operibus credite« *Iohannis X. Et Iohannis VII:* »Mea³⁵ doctrina non
est mea, sed eius, qui misit me«, *et iterum* »si³⁶ male locutus sum«,
ut supra.

Omnis huiusmodi protestaciones sive submissions quoad malos non
profuerunt, sed turpissima morte ipsum condempnaverunt. Sic apostolos
35 sanctosque omnes usque nunc et ultra factis vel verbis trucidaverunt
et trucidabunt. Propter huiusmodi tamen veritas non est tacenda,
dummodo sint boni, qui acceptant, ne / in animabus ex taciturnitate 101v^a
pereant, quia »mayus³⁷ peccatum est, si una anima per peccatum
infidelitatis pereat, quam si innumerabilium martirum corpora pro ea
40 trucidarentur«, *ut XXIIII q. III Si habes in glossa.* »Detrahentibus^{38, 39}

04 piarum aurium: piorum aurium U — 06 cuius: huius M — correccióni: correccióne
M — 08 q. III: q. I CM — 09 neendum anniculo *om.* U — 15 in glossa: in *om.* U —
stultus esse: stultus esset M — 16 *De Constantinopolitana:* *De Constantinopolitano* C — 17 imitari: imitare U — 18 primum se estimat: illum se estimat C —
20 *ut 3ⁱⁱ Regum XII:* *ut ut eciam XII U — 21 VII:* septimo U — 28 qui consilio:
que consilio M — 24 Illis autem: Illis tamen C — 25 exceccavit: exceccabit M —
malicia invidie — invidia malicie M — 29 si... credite *om.* M — 30 *Iohannis X:*
Et *Iohannis X U — 36 et trucidabunt om.* U — 38 pereant: pereant M — pecca-
tum est: est peccatum C — 39 pro ea: per ea M: pro eo *Glossa*

C 99r igitur non/resisto, sed ,velud⁴⁰ agnus coram tendente non aperiam 01
os meum', *Ysaie LIII et De pen. di. II Si enim inquit⁴¹ ad finem prime*
columpne. Ascribatur⁴² ergo insufficiencie mee, quidquid in me reprehendendum existit; me tamen reddant in hiis aliqualiter excusatum congnoscende veritatis affectus et amor, quem corde gero fixum ad studium 05
et studentes michique fratres, ut spero, Cristi sacerdotes, a quibus
attrahor, licet ad id insufficientissimum me congnoscam. « *Ad hoc*
Iohannes Andree in Prohemio VI in Apparatu suo. Superiores autem
nostros ac in omni bono preceptores petimus, quatinus nos adiuvent,
consciencias nostras informando | et in veritate Cristi Iesu dirigendo. | 10

De quibus igitur dicere | nunc propono, || non possum perficere | absque
summo dono, || cur vestram presenciam | continue | inploro, || istorum
obedienciam | cordintime | exoro, || ut ad Patrem gracie | mecum acce-
datis || atque venam venie, | viam veritatis || rogantes devotissime,
ut michi peccatori dignetur sucurrere dono meliori Patris potentiam | no- 15

101v^b bis inpetrando, || Filii sapienciam | continue || dona/ndo, Spiritus sancti
M 111v graciam / || sedule rogando || michi ad loquendum, | ut Deus laudetur, ||
vobis ad audiendum, | ut inde glorificetur. || Sic ergo orabitis »Pater
noster, qui es in celis«.

Et dicit Seneca: »Nulli⁴³ preclusa est via sapiencie, omnibus patet, 20
omnes invitat, omnes homines admittit, non eligit domum neque censum,
sed nudo homine contenta est.« Et quia innata est nobis via procedendi
ex nobis magis notis ad minus nota *1 Physicorum 1, 1ⁱ et 2ⁱ De anima⁴⁴,*

C 99v bona autem exteriora sunt nobis nociora, / ideo Boecius *De consolacione*
metro primo libro III⁴⁵ ad querendum et congnoscendum veram beatitu- 25
dinem proponit nobis exemplum reale de volente seminare bonum
agrum, quomodo oporteat prius extirpare nocivas herbas, ut ager bene
fructificet; similiter volens querere et congnoscere veritatem oportet
prius extirpare falsitatem. *Unde Apostolus* »expurgate⁴⁶ vetus fermentum« etc. Alias intus existens prohibet extraneum. Sunt ergo prius 30
extirpanda vicia, et postea virtutes inserende. *Unde:*

»Spinis et⁴⁷ tribulis purgare novalia debet
qui serit, ut semen fructificare / queat. «

Volens igitur congnoscere verum dirigat rationem et intellectum
ad ipsam rem et ad rerum proprietates, et si aliquid congnoverit, ex hiis 35
non statim iudicet, sed in se revertatur deliberando an ita sit vel non.
Sine enim deliberacione non est iudicandum. Sicut enim sanitas causatur
quandoque a principio intrinseco tantum, sicut a corde, quandoque

04 existit: existat C — me: ne *Ioannes Andree* — me... veritatis: me
tamen reddit in hiis aliqualiter excusatum cognoscende veritatis M: me tamen
aliqualiter reddat excusatum congnoscende veritatis U — 09 ac om. U — 11 dicere
nunc: nunc dicere C — 19 in celis: in celis, sanctificetur M: Pater noster etc.
C — 20 Et dicit: Dicit M — 21 domum: donum U — 23 *Physicorum...* anima: 1
Phisicorum et 2^o *De anima* C — 24 *De consolacione:* *De consolacione philosophie* C: in M om. — 26 seminare: in C supra lineam serere — 32 versus in U
tantum designantur — 37 causatur quandoque: quandoque causatur C

01 a principio extrinseco et interiori, puta a medico, sed nunquam causatur
a principio exteriori sine interiori, sic sciencia quandoque acquiritur
a principio interiori, puta ab intellectu agente, sicut patet in habentibus
05 scienciam per invencionem, quandoque a principio exteriori et interiori
simul, puta ab intellectu agente et a doctore, nunquam autem acquiritur
a principio exteriori sine interiori, ut declarat Boecius metro XI l. III⁴⁸.
Et ibi vide, si placet.

Restat ergo querere diligenter in omnibus, ut veritatem inveniamus,
de quo est propositum verbum thematis, cum dicebatur »querite primum
10 regnum Dei et iusticiam eius«, vestris dilectionibus propositum./

C 100r

2^m themá

Licet, ut supra dictum est, nunquam acquiratur sciencia a principio
exteriori sine interiori, illud tamen adhuc secundum se est insufficiens
ad pertingendam veram sapienciam. Unde sapientes mundi reputati
15 sunt phylosophi, qui tamen ad veram sapienciam, que est Cristus, non
attigerunt, / secundum quod dicit Ieronymus in epistola ad Paulinum 102r^b
et in quinto prologo Biblie: »Hoc⁴⁹ doctus Plato nescivit, hoc Demostenes
eloquens ignoravit.« Quia licet phylosophi Deum congnoverunt per
effectus istos, ut dicit Apostolus Romanorum 1 »invisibilia⁵⁰ enim ipsius
20 a creatura mundi per ea que facta sunt, intellecta conspi ciuntur«, ultra
istam autem congnicionem adhuc necessaria est ad salutem congnicio
supernaturalis, quam Deus dat homini dispositio, sicut patet in Cornelio
Actuum X.⁵¹ Sicut enim corpori dispositio et organizato per naturam
infunditur a Deo anima, quia secundum Augustinum⁵² anima a Deo creatur
25 et creando infunditur, sic talis supernaturalis congnicio homini dispositio
infunditur. Et sicut / deficiente natura in organisacione predicta non M 112r
infunditur anima, sic homini indisposito noticia fidei denegatur. Qui
ergo de cognitione naturali Deo ingrati superbunt, ex consequente
cecitatem mentis incurru nt et gravia peccata, propter que puniendi
30 sunt ex divina iusticia. Et hoc est, quod dicitur Romanorum 1: »Quia⁵³
cum Deum congnovissent, non sicut Deum glorificaverunt aut gracias
egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est
cor/insipiens eorum« (»scilicet⁵⁴ iusto Dei iudicio propter superbiam C 100v
eorum«). Et sequitur: »Dicentes⁵⁵ enim se esse sapientes« (»scilicet⁵⁶
35 in temporalibus«) »stulti⁵⁵ facti sunt« (»scilicet⁵⁶ in spiritualibus«).
»Et⁵⁵ mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem ymaginis
corruptibilis hominis / et volucrum et quadrupedum et serpentum. 102v^a

01 extrinseco... principio om. U — 02 sic: sicut U — 04 exteriori et interiori:
interiori et exteriori C — 09 querite primum: primum querite M — 11 themata
per numeralia ordinalia designant C M tantum; scriptor U lineis in margine appositis
utitur — 13 est insufficiens: et insufficiens M — 14 Unde... veram sapienciam om.
M — sapientes: sapienti U — 16 attigerunt: attingerunt CM — 17 et in quinto:
et om. U — 19 ut dicit: ut om. U — 20 mundi per... conspi ciuntur: mundi etc.
U — ultra: multa U — 21 congnicionem: congregacionem M — congnicio: congnicio-
nes M — 22 in Cornelio: de Cornelio CM — 24 a Deo om. M — 25 talis: eciam
M — 26 in organisacione: in om. U — 27 non infunditur anima: non infunditur,
nam M — 28 ex consequente: et consequenti CM — 29 puniendi: pungendi M

Propter quod tradidit eos in desideria cordis eorum. « Ad hoc dicitur 01
Iohannis IX: » Si⁵⁷ enim ceci essetis, non haberetis peccatum; sed quia
dicitis videmus, peccatum vestrum manet. « Et quia sic » Deus⁵⁸ superbis
resistit, humilibus autem dat graciam«, ideo apostoli, quia humiles,
»hanc⁵⁹ sapienciam supernaturalem actigerunt et sic sapienciores 05
sapienibus fuerunt. Sapiencia enim phariseorum fuit deorsum procedens
ex cognitione istorum sensibilium et ducens in amorem terrestrium,
propter quod dicitur terrena, animalis et dyabolica. Sapiencia autem
apostolorum fuit desursum descendens a Patre lumen, eorum mentibus
impressa per Spiritum sanctum, propter quod pudica, pacifica, modesta, 10
bonis consciens, plena misericordia et bonis fructibus. Et licet stulti
ac stolidi fuerunt a mundi sapientibus reputati, tamen fuerent sapientissimi. « *Hec Lira in prohemio super epistolas canonicales et Romanorum 1.*
Ideo dicit *psalmista*: »Sapienciam⁶⁰ prestans parvulis«, et *Salvator
Mathei XI inquit*: »Confiteor⁶¹ tibi, Pater, Domine celi et terre, quoniam 15
abscondisti hec a sapientibus et revelasti ea parvulis.« Et de isto magis
infra patebit in VIII themate.

C 101r Ad idem dicit *Linconiensis / Primo posteriorum*: »Non⁶² / solum vox
102v^b doctoris interius sonans nec littera visa docet, sed hec duo monent et
excitant. « Verus autem doctor, qui mentem interius illuminat et veri- 20
tatem ostendit, quia secundum quod dicitur in *Prologo de regimine
principum*⁶³ Deus est, qui divicias sue sapiencie influit in animas
sapientum et studentibus tribuit gratiam congnoscendi, cui nichil est
difficile et sine quo nichil possibile est possidere. Ideo dicitur *Iacobi
primo*: »Omne⁶⁴ datum optimum et omne donum perfectum desursum 25
est, descendens« etc., et *Augustinus*: »Nemo⁶⁵ tam eruditus, nemo tam
doctus, qui superna illustracione non indigeat.« Et *Gregorius*: »Nisi⁶⁶
intus sit, qui doceat, in vanum ligwa doctoris laborat.« Et *Boecius
De consolacione prosa XI l. 3ⁱⁱ in fine inquit*: »Invocandum⁶⁷, inquam,
rerum omnium Patrem, quo pretermissio nullum rite fundatur exordium«, 30
et *Plato in Thimeo*: »In⁶⁸ omnibus enim, sive maximis, sive minimis,
M 112v divinum debet / implorari auxilium.« Recurramus ergo ad summum
bonum omnem virtutem, omnem substanciam et naturam excedens,
quod cuncta expectant, cum ipsum sit plene perfectionis et nullius
103r egens, dicentes unanimiter / »Pater noster«. 35

Hoc autem scitote, quod »in⁶⁹ novissimis diebus instabunt tempora
periculosa«, ut *II Thymothei III quasi per totum*. Ideo restat vigilare
C 101v et diligenter querere, quod innuit / verbum thematis, cum dicebatur
»querite primum regnum Dei et iusticiam eius«, sicut tunc, sic et nunc
vestris dilectionibus propositum. 40

01 tradidit eos in desideria: credidit eos in desidia M — 05 supernaturalem: natu-
ralem M — actigerunt: actigerunt UM — 06 sapientibus: sapientum CM —
fuerunt: fuerant U — 14 et Salvator... parvulis om. U — 15 Pater, Domine: Pater et
Domine C — 19 interius: exterius U — 22 Deus est, qui: Deus est, quoniam
M — 26 etc. om. U — 27 non indigeat: non indiget M — 29 prosa XI: prosa IX
M — 30 quo: qui M — 31 sive maximis, sive minimis: sive in maximis, sive in
minimis U — 34 ipsum: om. M — 37 Thymothei: ad Thymotheum C

Et dicit *Bernhardus in epistola de caritate*: »Sola⁷⁰ caritas est, que in adversis non deficit, quia paciens est, que iniurias non impedit, quia benigna est, quam felicitas aliena non turbat, quia non emulatur, quam 05 conscientia mala non pungit, quia non agit perperam, que in honore non extollitur, quia non inflatur, que in abieccione non confunditur, quia non est ambiciosa, quam cupiditas non cohartat, quia non querit que sua sunt, quam contumelie non provocant, quia non irritatur, quam sinistre suspicione non fedant, quia non cogitat malum, quam aliena 10 mala non letificant, quia non gaudet super iniquitate, quam errores non excecant, quia congaudet veritati, quam persecuciones non frangunt, quia omnia sustinet, quam mortis separacio non intercidit, quia nunquam excidet. « *Hec ille.*

Ut igitur sermonem meum nuper incepturn terminare valeam vosque 15 audire dicta caritate suffragante, recursum habere nos oportet / ad 103r^b fontem caritatis, sine quo non possumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, nec aliquid intelligere, *ut Proverbiorum II* »Dominus⁷¹ dat sapienciam « et intelligenciam, nec aliquid boni dicere / *I Corinthiorum XII* C 102r »nemo⁷² potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto«, et *Mathei X* 20 »non⁷³ enim vos estis, qui loquimini«, nec aliquid facere *Iohannis XV* »sine⁷⁴ me nichil potestis facere«.

Rogemus ergo dominum nostrum Cristum Iesum, quatenus peccatorum nostrorum maculas emundet, et me, licet pusillum, cum fiducia, humilitate et caritate ad loquendum, et vos ad audiendum et concipiendum per 25 gratiam Spiritus sancti septiformem illustret. Ut et hec consequi mereamur, dicamus caste, pie et perseveranter »Pater noster«.

Sicut habetur ex dictis *Phylosophi primo Ethycorum c. XV*⁷⁵, si quid ex hiis, que hic agantur, ad eos, qui hic defecerunt, hoc est qui mortui sunt, redundat, sive bonum sive malum, erit quidem fragile et parum 30 sive parvum vel simpliciter nichil quantum ad ipsos. Si autem hoc ita est, non erit tantum tale, ut faciat felices eos, qui non sunt, neque hiis, qui sunt, auferat beatitudinem; parva enim accidencia non faciunt inmutacionem vite. Si ergo ex hiis, que aguntur, / parvum aliquid redundat M 113r ad mortuos, sequitur, quod ex hoc eorum condicio circa felicitatem non 35 inmutetur. Et concludit / suam sentenciam dicens, quod bona amicorum, 103v^a que agunt vel eis accidentur, conferre videntur aliquid mortuis et similiter infortunia in eos redundare, tamen subtili modo et tanta quantitate, ut neque felices / faciant non felices neque non felices faciant felices, C 102v neque mutant eos secundum aliquid talium, puta secundum sapientiam 40 et virtutem vel aliquid huius. *Hec ibi per totum.* Et quia secundum eundem⁷⁶, si verum loquitur, ut presuppono, ista suffragia mortuorum,

01 3^m thema C in textu et in margine: om. U M cf. p. 29 — 02 Et dicit: Et om. U — 11 congaudet: gaudet M — 20 Iohannis... facere om. U — 22 Cristum Iesum: Iesum Cristum M — 23 emundet: emendet M — 26 Pater noster: Pater noster, qui es in celis M — 27 si quid: si aliquid CM — 28 agantur: aguntur CM — 29 redundat: reducant M — 32 auferat em.: auferant UC: afferant M — 36 que agunt: que aguntur U — videntur: videtur U: videretur M — 40 Hec ibi: vel ibi U — 41 ut presuppono: hoc presuppono M

an adiuvant eos vel ne, fundatur in fragili opinione hominum. Et dicit 01
glossa *ibidem*:⁷⁷ Nichil est fragilius eo, quod in sola opinione hominum
consistit. Et in verbo videtur, quod verbum proprie magis est opinativum
et dubitativum quam assertivum. Ideo dicit verbum thematis nostri
»querite«, sepius dilectionibus vestris propositum. 05

4^m thema

Dionisius De ecclesiastica ierarchia c. III inquit: »Prius⁷⁸ oportet
divina in se recipere, quam aliis distribuere.« Idcirco dico, quod qui
presumunt docere divina adhuc inmundi, a docendi officio sunt extranei.
Sicut enim solares radii pruinias et propinquiores materias capaciores 10
lucis clarius illustrant et per illas ad inferiores lumina deferuntur, sic
officium docendi divina non presumant, nisi qui habitum divine virtutis
et scientie obtinent tanquam ex divina inspiracione ad hoc officium
103v^r assump/ti, ut de sua habundancia valeant aliis distribuere. Et quia
habundancia graciarum in nobis habundat de plenitudine Iesu Christi, 15
quia »de⁷⁹ plenitudine eius omnes accepimus graciā pro gracia«
C 103r *Iohannis 1*, qui semper paratus est bene facere, licet »hominum⁸⁰ malicia
prohibetur «, ut *XVI q. 1 Decime*, »qui⁸¹ fons vivus, / cui non communicat
alienus«, *De pen. di. 1 § Item ayt.*

Meam igitur recongnoscens insufficienciam, recurro ad eum, qui 20
fecit surdos audire et mutos loqui, et omnia bene fecit, dicens *cum Boecio*:

»O Deus⁸² cunctipotens, genitus Deus, alitus alme,
auxiliī vena, via vera sicque sophya!
Tu michi dux, michi lux, mea virtus sis, quoque salus,
presens sis operi, sine te nichil est vere veri.« 25

Ipsum igitur adoremus cordialiter dicendo »Pater noster«.

Dicit Anshelmus: »Liquesce⁸³ anima mea igne contricionis.« »Res-
picce⁸⁴ in faciem Christi tui« et vide corpore flagellatum, lancea transfixum,
caput vepribus punctum, manibus pedibusque revolve, revolve a capite
usque ad pedes, a latere usque ad latus, et non vides nisi dolorem et 30
undiue cruentum, ut inpleatur illud *Ysaie 1*: »A⁸⁵ planta pedis usque
ad verticem non est in eo inventa sanitas.« Unde *Ieronimus*: »Omnis⁸⁶
104r^v creatura compatitur Creatori suo: sol obseuratur, terra movetur, / petre
M 113v seinduntur. Solus homo non compatitur. / pro quo Christus paciebatur.«
Et quia sic empti estis precio magno, portate et glorificate Deum in 35

01 vel ne: vel *om.* U — 03 in verbo *om.* U — videtur *em.*: videntur *UCM* — 06
4^m thema *C in margine*: linea marginalis in *U*: *om.* M; cf. p. 29 — 07 Prius oportet
om. U — 08 Idcirco: Quodcirco *U* — 10 Sicut enim *om.* U — 12 habitus: habitu
U — 16 pro gracia: per gracia *M* — 17 qui: quoniam *M* — 19 De pen.: ut De
pen. *C* — 20 recongnoscens: congnoscens *U* — 21 surdos... loqui et *om.* U — 22 — 26
versus in *UC* designantur — 22 genitus: genitus *M* — 23 sicque: sitque *U* — 24
michi dux *om.* *M* — 27 igne contritionis: contritionis igne *U*: igne compassionis
MPL — 29 vepribus punctum: punctum vepribus *C*; punctum in *C* *om.*, postea
tamen additum: vepribus unctum *M* — revolve, revolve: revolve, revolve *M* —
32 inventa *om.* *U*

Quintum thema

Quia dicitur *Exodi XVII⁸⁷*: Cumque manus elevaret ad Dominum
05 Deum, ut oraret, Moyses, vincebat Israel; quia Dominum invocaverunt,
cum preliarentur, fillii Israel, exaudivit eos, eoque credidissent, et
traditi sunt in manus eorum inimici, *1 Paralippomenon V.⁸⁸* Iozephat
eciam timore perterritus totus contulit se ad rogandum Dominum,
2⁹ Paralippomenon XX⁹⁰. Et Moyses non in ferro pugnando, sed precibus
10 sanctis orando Amelech deiecit, *Iudith IIII⁹⁰*. Et *Ieremie XXXIII*
dicit Dominus: »Clama⁹¹ ad me et exaudi te, et annunciaro tibi
grandia et firma que nescis.« » Clamenus⁹² igitur in celum et miserebitur
nostrī Deus« noster *1 Machabeorum IIII* dicendoque »Pater noster«.

6^m thema

15 Deus universorum principum, » eternus,⁹³ immensus, incomprehensi-
bilis et ineffabilis «, ut *Extra De Summa Trinitate, Firmiter*, qui et
scienciarum Dominus est, *primi Regum II.⁹⁴* »a⁹⁵ quo cuncta bona
procedunt «, *Extra De decimis, Tua nobis*, qui eciam »neminem⁹⁶ vult
perire«, *Extra De baptismo, Maiores*, »quia⁹⁷ venit Cristus in hunc
20 mundum peccatores salvos facere«, *1 Thymothei 1.* »in⁹⁸ quo tenebre
non sunt ulle«, / *1 Iohannis 1*, cuius opera, que fecit, perseverant in **104r^b**
eternum, *Proverbiorum XVII⁹⁹*. Qui Pater omnium et Creator de se
dicit *Iohannis XIII*: »Ego¹⁰⁰ sum via, veritas et vita.« Sine ipsis
eius adiutorio, qui universalis opifex est, nichil facere queo, qui sum
25 in peccatis natus, totus in eis conversatus, ita ut ad eum ire tanquam
filius / ad patrem valde erubesco. Sciens tamen, quia vocat et clamat **C 104r**
»venite¹⁰¹ ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam
vos« *Mathei XI*, et »pulsat,¹⁰² stans ad ostium « cordis. *Apocalipsis III*,
ideo confidens de eius gracia, que dat non solum malum vitare sed et
30 bonum facere, *De cons. di. IIII Placuit¹⁰³*, ad te igitur, Dominum meum,
tanquam ad largitorem copiosissimum affectanter cor erigo et in vocem
exclamacionis prorumpo, dicens *cum prophetis*: »Excita¹⁰⁴«, Domine,
»potenciam¹⁰⁴ tuam «, Creator optime, et veni tue creature, que de se
summe fragilis est, infundendo guttam parvulam de ore tue sapiencie.
35 Consurge, consurge, induere fortitudine tua, Conditor inclite, | et perfla
animam tue rei condite. | Veni, Domine, et noli tardare, | me in hoc
tempore continuo salvare! | Utinam celos disrumperes | et ad liberandum
me de ipsius ignorancie vinculis atque peccatorum descenderes! | Scio

01 Dei om. M — 02 verba thematis nostri: verba prius proposita M: verba etc. C — 03
Quintum thema in C bis, in textu in extenso et in margine per numerale: in U M
deest; cf. p. 29 — 06 credidissent: tradidissent U — 08 Dominum om. M — 14 6^m
thema C in margine: in U M deest; cf. p. 29 — 20 Thymothei: ad Thymotheum
C — 27 onerati: honerati M — 28 ostium: hostium CM — 31 cor erigo: corrigo
M — 34 guttam: guttulam M — 37 continuo: continue M

104v^a enim, quia tu redemptor meus es, / propter quod tange labia mea et dic **01**
michi »volo, mundare«. Veni, Domine, visitare me in pace, et dic illi
M 114r sancto Spiritui tuo, ut me adiuvet complere hoc inceptum ita, quod
omnibus nobis utile fiat. / Fratres itaque mei carissimi, sciens, quod
impossibile est preces multorum non exaudiri, unde omnes vos rogito **05**
amicabiliter, ut una mecum dicatis »Pater noster«.

7^m thema

Testante¹⁰⁵ beato Ieronimo super Iohelem »oris¹⁰⁶ apercio est in Dei,
C 104v non hominis potestate«, ut dicitur *1 Regum II* / »nolite¹⁰⁷ multiplicare
loqui sublimia gloriantes, quia Deus scientiarum est dominus«; et **10**
Ieremie IX ad finem dicit Dominus »non¹⁰⁸ glorietur sapiens in sapiencia
sua«, et *1 Corinthiorum IIII* »quid¹⁰⁹ habes, quod non accepisti? si
autem accepisti, quid gloriaris?«, et *Gallaetheorum V ad finem* »ne¹¹⁰
efficiamur inanis glorie cupidi«, *Ephesiorum II* »ne¹¹¹ quis glorietur ex
operibus«, *1 Thessalonicensium II* »non¹¹² querentes ab hominibus **15**
gloriam«, *Iohannis VIII* »ego¹¹³ gloriam meam non quero«, »michi¹¹⁴
igitur absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi«, *Gallaethe-
orum VI*, qui de ipsis melliflua largitate et larga benignitate dat
omnibus affluenter et non inproperat, *1 q. 1 Quam pio¹¹⁵*, quique ergo
os aperiri iubet et se illud asserit inpleturum, *Psalmo XXC¹¹⁶, in quo 20*
104 v^b secundum Ambrosium est »omnis¹¹⁷ racio superne / sciencie et terrene,
quia est eorum caput et auctor«, *XXVII di. Hinc eciam*, et ubi ipse
deest, qui est fundamentum et lapis angularis, ibi nullius boni operis
edificium superedificari potest, ut dicit Gregorius *1 q. 1 Cum Paulus¹¹⁸*.
Ad idem *De cons. di. IIII c. ultimo¹¹⁹*. **25**

Sperans igitur de eo, ut qui prius dedit principium, idem tribuat
et finem, qui non novit quipiam imperfectum. *Extra De baptismo,*
Mayores¹²⁰, »qui¹²¹ eciam res penitus desperatas donare et consumare
sue virtutis magnitudine potest«, ut *Cod. De veteri iure enucleando lege*
1 circa principium; ut hec nobis prestare dignetur, ipsum oremus dicendo **30**
»Pater noster«.

C 105r

Octavum thema /

Dicit Salvator *Mathei XI*: »Confiteor¹²² tibi, Pater, Domine celi
et terre, quoniam abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reve-

02 et die *bis U* — **05** exaudiri: exaudire *M* — **06** una mecum *om.* *U* — **07** 7^m thema
in *C in margine*: linea marginalis in *U*: in *M* deest; cf. p. 29 — **08** Iohelem: Iohele
U — Dei: die *M* — **11** non: nunc *M* — **14** efficiamur: efficiantur *U* — inanis:
infinis *M* — **18** melliflua... benignitate: melliflua larga benignitate *U* — **19** ergo
om. *CM* — **20** aperiri: apperire *M* — illud: id *U* — **22** ubi: ibi *M* — **23**
nullius: ullius *M* — **28** res penitus desperatas: res penitus disputas *U*: res
positas dissperatas *M*: res penitus desperatas *CIC* — donare et consumare:
et *om.* *U* — **29** sue: de *M* — **30** nobis prestare: prestare nobis *M* — ipsum *om.* *M* —
31 Pater noster: Pater noster, qui es *M* — **32** Octavum thema in *C bis*, in *textu in*
extenso et in margine per numerale: in *UM* deest; cf. p. 29 — **33** Dicit: Et dicit
M — Pater, Domine: Domine, Pater *M* — **34** quoniam abscondisti: qui abscondisti
U: quia abscondisti: *Vulg.*

01 lasti ea parvulis», hoc est: tu abscondisti dulcedinem celestis glorie timentibus te, ut illam habeant, *Psalmo*: »Quam¹²³ magna multitudo dulcedinis tue, Domine, quam abscondisti timentibus te«. Item abscondisti faciem tuam desiderabilem dampnatis et demonibus, ne illam videant, *Ysaie LXIIII*: »Abscondisti¹²⁴ faciem tuam a nobis et allisisti nos in manu iniquitatis nostre«. Item abscondisti sacramenta celestia / 105r
mundi sapientibus, ne intelligant. Hec enim revelantur dignis hominibus et absconduntur indignis et peccatoribus, *Thobie XII*: »Sacramentum¹²⁵ regis abscondere« (scilicet indignis) »bonum est. Opera autem Dei 10 revelare« (scilicet dignis) »honorificum est«. Et hec sapientibus sapiencia mundi et prudentibus prudencia carnis vel dyaboli non revelantur, quia sapiencia mundi est apud Deum stulticia, *I Corinthiorum III* »sapiencia¹²⁶ huius mundi stulticia est apud Deum«, item prudencia carnis mortifera, *Romanorum VIII* »prudencia¹²⁷ carnis mors est«, 15 item Deo / inimicia, ut ibidem »sapiencia¹²⁸ carnis inimica est Deo«, M 114v
et sapiencia dyaboli vana et deceptoria, *Iacobi IIII* »non¹²⁹ est hec sapiencia desursum descendens, sed terrena« (quoad sapienciam mundi), »animalis« (quoad prudenciam carnis), »dyabolica« (quoad sapienciam dyaboli). Terrena consistit in appetitu diviciarum, animalis in appetitu 20 et usu deliciarum, dyabolica in appetitu honorum. Talibus autem Dominus occultat sua secreta, ne panis filiorum / mittatur canibus, C 105v
Mathei X V »non¹³⁰ est bonum sumere panem filiorum« etc., et ne sancta ante porcos mittantur, *Mathei VII* »nolite¹³¹ sanctum dare canibus neque mittatis margaritas ante porcos«. Unde dicitur *Apokalypsi XI*: 25 »Dabo¹³² duobus testibus/meis « anbulantibus »in saccis«, et propheta- 105r
bunt, et *Danielis*: »Inpii¹³³ inpie agent. Porro docti intelligent« (hoc¹³⁴ est devoti et exercentes se in mandatis Dei), »neque intelligent omnes impii«. Sed parvulis, id est humilibus, hoc est:

primo mundum contempnentibus, ut in *Psalmo* »vox¹³⁵ Domini 30 preparantis cervos, et revelabit condensa«. Cervi pertranseunt lucosa et significant contempnentes terrena, quibus Deus revelat condensa, id est occulta et secreta misteria. 2° devote obedientibus, *Mathei XVI*: »Beatus¹³⁶ es, Symon bar Iona, quia caro et sangvis« etc. Symon »obediens« interpretatur. 3° carnem macerantibus, *Danielis II*: »Reve- 35 latum¹³⁷ est Danieli misterium«, scilicet post ieunium et magnam abstinentiam. Ut igitur nobis revelare dignetur misteria sua, petamus eum humiliiter dicendo »Pater noster«.

Et dicitur *Sapiencie XIII*: »Vani¹³⁸ sunt omnes homines, in quibus non subest sciencia Dei.« »Vanum¹³⁹ autem dicitur illud, quod non 40 attingit finem debitum, sicut medicina dicitur vana que non inducit sanitatem ad quam est ordinata. Omnes autem homines, inquantum facti sunt ad ymaginem Dei, ad beatitudinem supernaturem finaliter

01 tu abscondisti: tu dedisti U — 05 videant: videam U — 10 scilicet dignis: scilicet om. U — 11 et prudentibus: vel prudentibus U — 13 stulticia est: est stulticia U — 16 et sapiencia: et om. U — hec: hoc M: U om.: ista *Vulg.* — 20 et usu... in appetitu om. U — deliciarum: delicias M — honorum: bonorum M — 22 panem filiorum etc.: panem etc. UC — 25 testibus: custodibus M — 26 agent: agunt M — 29 ut in *Psalmo* om. U — vox: vos M — 31 contempnentes: contempnantes M — 37 eum: enim M — Pater noster: Pater noster etc. C — 38 Et om, U — 39 non subest: non est U — 42 facti om. U

sunt ordinati, ad quam non possunt pertingere sine sciencia, que est 01
illius beatitudinis ostensiva. Ad finem enim totaliter incognitum nullus
105v^r potest dirigere actus / suos, propter quod merito dicuntur homines
C 106r vani, / carentes Dei sciencia« et precipue ewangelica, ad regnum Dei
inducens, quod innuit verbum thematis sepius resumptum, cum dicebatur 05
»querite primum regnum Dei et iusticiam eius«, scriptum ubi supra.

Ostensa inconpossibilitate serviencium *ibi* »nemo¹⁴⁰ potest duobus
dominis servire«, interdicta noxia sollicitudine temporalium *ibi* »ideo¹⁴¹
dico vobis, ne solliciti sitis anime vestre« *etc.*, proposita congrua opera-
cione irrationabilium *ibi* »respicite¹⁴² volatilia celi«, promissa nichilo- 10
minus superna provisione victualium *ibi* »quanto¹⁴³ magis vos plures
estis illis«, hic in verbo thematis nostri concludit tria per modum conclu-
sionis Cristus: excitat indevote viventes ad fervide peroptandum sive
M 115r querendum *ibi* »querite«, regulat prepostere agendum ad debite / ordi-
nandum *ibi* »primum regnum Dei,« stimulat indigne presumentes 15
ad strenue operandum *ibi* »et iusticiam eius«.

Primo dico: Cristus excitat indevote viventes ad fervide peroptandum.
Circa quod notandum, quod in debito modo querendi oportet attendere
temporis oportunitatem, ut queras quando potes invenire, loci ameni-
tataem, ut queras ubi potest inveniri, modi congruitatem, ut queras 20
105v^r quomodo potest inveniri, finis utilitatem, ut queras cuius utilitatis/sit
inveniri.

Primo dico, quod in debito modo querendi oportet attendere temporis
C 106v oportunitatem, ut queras quando potes / invenire. Unde dicitur *Ysaie LV*
»querite¹⁴⁴ Dominum, dum inveniri potest, invocate eum, dum prope 25
est. Derelinquat inpius viam suam et vir iniquus cogitationes suas et
revertatur ad Dominum, et miserebitur eius, et ad Deum nostrum,
quoniam multus est ad ignoscendum«. Unde *Iohannis Appokalipsis X:*
»Angelum,¹⁴⁵ quem vidit stantem supra mare et supra terram, vidit
levare manus suas ad celum. Et iuravit per viventem in secula seculorum, 30
quia tempus amplius non erit.« Unde *Apostolus:* »Ecce¹⁴⁶ nunc tempus
acceptabile, ecce nunc dies salutis.« *Et idem Romanorum VIII inquit:*
»Nichil¹⁴⁷ ergo nunc dampnacionis causa hiis, qui sunt in Christo Iesu,
qui non secundum carnem ambulant.« *Dicit Lira.*¹⁴⁸ »Id est non operantur
secundum carnem, sed magis secundum spiritum. Nullus enim dampnatur 35
nisi pro peccato originali, actuali vel mortali vel pro pena per Adam
incursa. Per quem modum sancti patres descendebant ad limbum,
quamvis essent mundati et liberati ab originali peccato et actuali.«

Fides autem Christi liberat ab originali et actuali et etiam a pena
106r^v incursa pro peccato Ade, in quantum in baptismo, / qui est sacramentum 40

07 serviencium *om.* *U* — 08 sollicitudine; sollicitudinem *M* — temporalium...
vestre *om.* *M* — 09 sitis *om.* *U* — 10 irrationabilium; irracionalium *CM* — 11 provi-
sione; promissione *U*; visione *M* — 12 in verbo thematis nostri; in thematis
verbo nostri *U* — 20 ubi potest inveniri; ubi potes invenire *U* — modi... inveniri
om. *U* — 24 quando potes invenire; quando potest inveniri *U* — 26 Derelinquat;
Relinquat *U* — 28 *Iohannis om.* *U* — 36 originali, actuali vel mortali *suppl. sec.*
textum Lyrae: originali vel mortali *UCM*

01 fidei, communicatur totaliter virtus passionis Christi, que abstulit impedimentum nature. *Ideo sequitur ibidem:* » Lex¹⁴⁹ autem spiritus vite in Christo Iesu liberavit me a lege peccati et mortis.« *Dicit Lira:* » Quia¹⁵⁰ tollit omnem penam debitam, propter quod sancti nunc morientes 05 statim evolant ad gloriam. « *Hec Lira ibidem. Unde Augustinus De fide ad Petrum inquit:* » Ille¹⁵¹ autem iudex novit, quantam unicuique donaturus sit gloriam, qui in hac vita / per misericordiam gratis iustificando prevenit, quos illic per iusticiam glorificare disponit. Tempus vero acquirendi vitam eternam in ista tantum vita Deus hominibus 10 dedit, ubi voluit esse penitenciam fructuosam. Ideo autem hic penitencia fructuosa est, quia potest hic homo deposita malicia, bene vivere et mutata voluntate merita simul operaque mutare et in timore Dei ea gerere, que placeant Deo. Quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem penitenciam in futuro seculo de malis suis, sed indulgenciam in conspectu Dei non inveniet, quia etsi erit ibi stimulus penitundinis, nulla ibi erit correpcionis voluntatis. « *Hec ille.*

Ad hoc facit, quod scribitur *Gallattheorum VI et legitur in epistola hodierna sic:* / » Opus¹⁵² suum/probet unusquisque, et sic in semetipsorum tantum gloriam habebit, et non in altero. Unusquisque enim onus suum 20 portabit. « *Et sequitur:* » Nolite¹⁵³ errare, Deus non irridetur. Que enim seminaverit homo, hec et metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne metet et corrupcionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam eternam. Bonum ergo facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur 25 bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. « *Et sic secundum eundem secunda Corinthiorum IX:* » Qui¹⁵⁴ parce seminat, parce et metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet« etc.

Discrecio autem / seminantis in hoc notatur, quod proicit semen ante 30 se et non retro. Sic debet quilibet bene facere dum vivit ante mortem suam, et non se committere pueris suis, uxori, amicis, sive avaris, luxuriosis, inmundis et symoniacis sacerdotibus fictisque religiosis, quia per illum modum multi scipso negligunt et dampnant animas suas in eternum. Credis tu miser, quod uxor tua vel pueri vel amici tui sive 35 sacerdotes supradicti plus diligent animam tuam quam tu ipse? Quidquid enim homo per seipsum ponit in cistam suam, hoc sciet se habere. Sed si alteri, maxime illi, qui sibi ipsi infidelis est, committat, dubium est. Ideo in *Appokalipsi:* » Dicit¹⁵⁵ Spiritus / ammodo, ut requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum secuntur illos. « Ideo dicitur

C 107r

M 115v

106r^b

C 107v

106v^a

01 Cristi om. U — 04 nunc morientes: ut morientes U — 05 ibidem om. U — 07 donaturus: donatus U — iustificando: iustificanda M — 08 illic: illico M — 10 ubi voluit: ubi om. U: in C om., postea tamen additum — voluit: voluitque C — 11 fructuosa est: est om. U — 12 simul operaque: simulque opera M — 13 placeant: placent U — Deo om. U — 17 facit: sciendum M — Gallattheorum: ad Gallatas M — 18 Opus suum probet: Opus suum probat U: Onus suum portabit M — 19 onus: opus U — 20 Deus non: Deus enim U — 21 Quoniam... metet et om. U — 23 Bonum ergo: Ergo bonum M; bonum in M om., postea tamen additum — 26 parce et metet. Et qui seminat om. U — 30 Sic om. U — 31 suam om. M — 32 fictisque: fictisque U — 34 tui om. U — 35 supradicti om. M — diligenter: diligenter U — Quidquid: Quicquid CM — 37 committat: committit U

Iudith VIII.: »Memores¹⁵⁶ esse debent, quomodo Abraham pater 01 noster temptatus est, et per multas tribulaciones probatus Dei amicus effectus est. Sic Ysaac, sic Iacob, sic Moyses et omnes, qui placuerunt Deo, per multas tribulaciones transierunt fideles.« Ideo dicit *Ieronimus in epistola*: »Quis¹⁵⁷ sanctorum sine certamine coronatus est? Solus in 05 deliciis Salomon fuit et forsitan ideo corruit.« Et *Actorum XLI* dicitur: »Per¹⁵⁸ multas tribulaciones regnum celorum nos intrare oportet, quia » oportebat¹⁵⁹ Cristum pati et sic intrare in gloriam suam « *Luce ultimo.* /

C 108r De inefficaci autem suffragio huiusmodi sacerdotum dicitur *XLVIII* 10 *di. § Ecce, dicitur*: »Cum¹⁶⁰ is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur.« Item *Gregorius in Pastorali*: »Si¹⁶¹ homo apud hominem de quo minime presumit fieri intercessor erubescit, qua mente apud Dominum intercessionis locum pro populo arripit, qui familiarem se eius gracie esse pro vite merito nescit, aut 15 a Deo quomodo veniam postulet, qui utrum sibi sit placatus ignorat?« Ideo *secundum eundem* »causa¹⁶² ruine populi sunt sacerdotes mali« 106v^r et maxime avari, usurarii, fornicatores, symoni/aci ceterique criminosi, quia secundum quod dicitur *I q. ultima c. ultimo* »patet¹⁶³ symoniacos M 116r veluti primos et precipuos hereticos ab omnibus fidelibus respuendos« / 20 esse, et sequitur: »Omnia¹⁶⁴ enim crimina ad comparacionem symoniace heresis quasi pro nichilo computantur.« Et ideo *XLIIII q. ultima c. ultimo* ubi multe numerantur secte hereticorum symoniaci primum obtinent locum, dicitur: »Symoniaci¹⁶⁵ a Symone dicti magice discipline perito«, de quo vide *Actuum VIII ante medium*.¹⁶⁶ 25

Unde *I q. I Eos dicitur*: »Tollerabilior¹⁶⁷ est Macedonii et eorum, qui circa ipsum sunt sancti Spiritus inpugnatorum inopia heresis. Illi enim creaturam et servum Dei Patris et Filii Spiritum sanctum delirando fatentur, isti vero eundem Spiritum sanctum efficiunt suum servum.« *Et sequitur*: »Hii,¹⁶⁸ qui hac iniqua accione operantur, detrahunt Spiritui 30

C 108v sancto, equaliter peccantes / hiis, qui blasphemaverunt, dicentes Cristum in Belzebub eicere demonia, atque, ut verius dicamus, Iude comparantur proditori, qui Iudeis, Dei occisoribus, Cristum vendidit.« *Hec ibi*.

Sic pertinaciter asserens exercere usuras non esse peccatum hereticus est, ut *De usuris c. unico in Clem. § ultimo, ubi dicitur*: »Sane¹⁶⁹, si quis 35 107r^v in illum errorem inciderit, ut per/tinaciter affirmare presumat exercere usuras non esse peccatum, decernimus eum velut hereticum puniendum.« Sed *XLI q. III c. ultimo dicitur*: »Usura¹⁷⁰ est ubi amplius requiritur quam quod datur. Verbi gratia si solidos decem dederis et amplius

02 Dei amicus: amicus Dei U — 03 est *om.* U — 06 Et *Actorum*: Et *om.* U — 10 *XLVIII di.: XLVIII di. M — 12 irati... provocatur*: irati ad deteriora provocantur M — deteriora: teteriora U — 15 se eius: sic eius M — 16 quomodo: quo U — 17 sacerdotes mali..., et maxime: sacerdotes mali. Pestis avaricie durumque nephas symonia regnat in ecclesia liberiori via etc., et maxime M: sacerdotes mali etc. C — 18 ceterique: cecique M — 20 omnibus: hominibus M — 23 numerantur: mirantur M — 24 dicitur: cum dicitur C — discipline: disciplina U — 27 inopia: ipsa M — 30 Et sequitur *om.* U — hac iniqua accione: in hac iniqua accione U: hanc iniquam actionem Fr. — 31 hiis *om.* U — 32 atque: adque U — 33 qui: quia M — Iudeis: Iudis C — 35 in Clem.: in talem U — 36 ut *om.* U — presumat *om.* U — 38 Usura bis U — 39 et... dederis *om.* U

01 quesieris, vel dederis frumenti modium unum et supra aliquid exigeris. « Ideo dicit Salvator *Luce VI*: » Etsi¹⁷¹ mutuum dederitis hiis, a quibus speratis recipere, que gracia est vobis? Nam et peccatores peccatoribus fenerantur, ut recipient equalia. Verumtamen diligite inimicos vestros 05 et benefacite et mutuum date, nichil inde sperantes, et erit merces vestra multa, et eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos et malos. Estote ergo misericordes « etc. Quod tamen multi etiam sacerdotes, canonici, monachi sive layci non advertentes presumunt affirmare non esse usuram de decem sumere unum annuatim, sed ad excusandas 10 excusaciones in peccatis alia nomina inponunt, dicentes illud fore emolumentum ipsorum sive dampni utilitatem aut lucrum medium. Et sic de aliis, cum tamen dicat *Ambrosius X*¹⁷² q. III *Plerique*: / C 109r » Audiant¹⁷³, quod lex dicat: Neque, inquit, usuram escarum accipies neque omnium rerum. Esca / usura est, et vestis usura est, et 107r^r 15 quocunque sorti accidit, usura est. Et quod velis ei nomen inponas, usura est. Bona enim denominacio malum non excusat. «

Alii autem, maxime clerici, monachi ceterique collegiati dicunt, quod non recipiunt nomine ipsorum, sed nomine ecclesiarum sive beneficiorum aut universitatum, et hoc dicunt licere per c. I *Extra De usuris*.¹⁷³ 20 Contra quos dicitur *XLVI di. c. ultimo*: » Sicut¹⁷⁴ non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere fenus attemptet; « indecens enim est » crimen suum commodis alienis inpendere et exercere », ut ibi. Quod enim quis non potest facere suo nomine, nec etiam alieno potest, / ut M 116v *XXIII q. VIII Hiis a quibus, ubi statuit concilium Tollotanum*, quod hii, 25 » a quibus¹⁷⁵ Domini sacramenta tractanda sunt, neque per se inferant membrorum truncaciones quibuslibet personis neque inferendas pre- cipient ».

Contra quod periculose se deceperunt et decipiunt moderni hypocrite, qui tradiderunt et tradunt et adhuc traderent homines curie seculari 30 ad occidendum. Ad hoc *canon Augustini Periculose, De pen. di. 1, ubi dicitur*: » Periculose¹⁷⁶ se decipiunt, qui existimant eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem / occidunt, et non pocius eos, per quorum 107v^v consilium et fraudem et exhortacionem homines extingwuntur. Nam Iudei Dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt, sicut 35 scriptum est ‘nobis non licet interficere quenquam’, sed tamen illis Domini mors inputatur, / quia ipsi eum lingwa interfecerunt dicentes C 109v ‘crucifige eum’. Unde unus ewangelista dicit Dominum crucifixum hora tercia (Marci XV¹⁷⁷, Iohannis XIX¹⁷⁸), alias 6^{ta}, quia Iudei crucifixerunt eum hora tercia ligwa, milites hora sexta manibus. Qui ergo hominem 40 tradidit, ille infertefecit eum Domino dicente ‘mayus peccatum habet, qui tradidit me tibi’. Unde psalmista: ,Filii hominum, dentes eorum

02 Ideo: Item U — 04 fenerantur: venerantur M — 06 ingratos: gentes U — 11 utilitatem: utilitato M — 12 tamen om. U — q. III: q. IIII M — 13 Audiat: Audiat M — accipies: accipias M: -as in -es corr. in C — 14 est, et vestis usura est om. U — 20 ita: et ita U — 21 indecens enim est: videntes quoniam est M — 24 concilium: consilium M — 26 precipiant: precipiant etc. M — 28 Contra quod: Omen quod U — 29 traderent: traderetur M — homines: hodie U — 30 Ad hoc: Hoc U — 33 homines om. M — 37 crucifige bis M — 38 Marci... XIX add. M — 41 dentes: dicentes U

arma et sagitta et ligwa eorum gladius acutus^c. Subiunt ergo se penitentie quorum consilio sangvis funditur, si veniam promereri voluerint. « *Unde psalmista:* » Propter¹⁷⁹ te, Domine, mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis. « *Item Augustinus, De pen. di. 1 inquit:* » Homicidorum¹⁸⁰ ergo tria genera esse dicebat beatus Petrus et penam eorum parilem esse docebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita detractores quoque eorum eosque odientes homicidas esse manifestabat, quia et qui occidit et qui odit fratrem suum et qui ei detrahit / homicide pariter esse demonstrantur. « *Et in c. sequenti dicit Ieronimus:* » Omnis¹⁸¹ iniquitas et oppressio et iniusticia iudicium sanguinis est: 10 et licet gladio non occidas, voluntate tamen interfici. « *Et dicit Gualhelmus¹⁸²*, quod detractori peccatum non remittitur nisi cum revocet per omnia loca [et] ad que detraccio pervenit.

Circa predictam materiam de usura *Raymundus in titulo De usuris querit:* » Quid¹⁸³ de communitatibus quarundam civitatum, que dant 15 peccuniam ad usuram, nunquid omnes cives sunt usurarii propter hoc et per consequens in statu dampnacionis? Responsio sic: / omnes quorum auctoritate fit vel consensu, et idem, si collegium aliquod accipit pignus in casu non concessso, ut Extra De usuris, Conquestus. «

Ex quibus dictis supra videtur posse inferri, quomodo homines 20 huiusmodi velud heretici essent puniendi. Item patet. quod non solum est hereticus male senciens de articulis fidei vel sacramentis ecclesie, sicut sunt moderni Manichei, qui »ore¹⁸⁴ indigno corpus Christi accipiunt, sanginem autem redempcionis nostre hauirre omnino declinant«,

M 117r de quibus / dicit *Leo papa in Sermone Quadragesimali dominice / Reminis-* 25
 108r^a cere; et heresiarche pocius dici merentur omnes, pertinaciter fideles Cristi verbo facto aut scripto ab huiusmodi ewangelica veritate et ab apostolorum ceterorumque fidelium primitive ecclesie praxi sive practica retrahentes sive impedites. Sed eciam ille est hereticus, qui »perversum¹⁸⁵ habet dogma«, »gignit¹⁸⁶ aut sequitur«, ut *XXIIII q. III Inter* 30 *et c. Heresis et c. Hereticus.* Heresis enim. secundum quod exponit *Hugwicio*,¹⁸⁷ dicitur quasi elesia ab eligendo, quia illud sibi unusquisque elit, quod melius illi esse videtur, ut Epicuri, stoyci et sicut alii, qui perversum dogma cogitantes arbitrio suo de ecclesia recesserunt.

Ergo heresis dicta est ab eleccione. quam quisque arbitrio suo ad 35 instituendum vel eligendum vel suscipiendum elit. *Concordat in dicto c. Heresis.*¹⁸⁸ Et manifeste ostendit eos *Crisostomus De imperfecto Mathei 1 super isto* » *Salomon autem genuit Roboam* « dicens: » In¹⁸⁹ primis quidem debilitatus est populus cristianus in quibusdam scismatibus. In novissimo

C 110v autem / populi cristiani quasi tempore Roboam abundante iniuitate 40

02 voluerint: voluerunt M — 05 Homicidorum CM Fr.: Homicidarum U — 06 parilem: similem U — 11 temen om. U — 15 querit om.: U — que em. sec. Raymundum: qui UCM — 16 sunt usurarii: usurarii sunt U — 17 in statu dampnacionis: instat enim dampnacio M: in statu damnacionis Raymundus — 18 et idem: ibidem U — aliquod: aliquod U — 19 non concessso: non concessa M — 20 homines huiusmodi: omnes huiusmodi M — 23 Manichei: Monachei M — 26 omnes: omnes homines U — 27 ab apostolorum: ab om. U — 29 ille est: est om. M — 30 dogma: docma C — 31 et c. Hereticus... elesia om. U — 33 illi om. M — stoyci: stoaci M — 34 dogma: docma C — 39 quibusdam: quibus M: quibus in quibusdam corr. in C — 40 tempore om. M

- 01 et refrigerescente caritate plenius concissus est populus cristianus, ita ut maxima pars cristianorum divideretur in hereses et faceret sibi populus episcopos quasi proprios reges et / vix paucissimi cristiani **108r** remanerent in ecclesia Christi sub Cristo. « *Hec ille.* Ad idem dicit Ieronimus 05 *super epistolam ad Thytum, et ponitur XCV di.* » Olym¹⁹⁰ *idem presbiter* erat qui episcopus, et antequam dyaboli instinctu studia in religione fierent et diceretur in populis *ego sum Pauli, ego Appollo, ego autem Cephe,* oonmuni presbiterorum consilio ecclesie gubernabantur « *etc., ut ibi.*
- 10 Attendite hic, sectarii fratresque religiosi ficti, qui dicitis » nos sumus Franciscini, nos autem Dominici, nos Celestini aut Carmelite sive Cruciferi « et sic de aliis quasi sine numero introductis sub specie pietatis et sanctitatis, qui negociantur circa populum in suis fictis verbis questum querentes, in¹⁹¹ ypocrisi loquentes mendacia de eorum falsis indulgenciis 15 et per dulces sermones ex fabulis compositos seducentes corda innocentum dicentesque, quod ipsi sunt ecclesia sancta et tenere cum ecclesia sancta et debere credere in papam, in sanctos, nescientes proprie, quid est ecclesia sancta sive » credere in «, ut dicitur in *Symbolo apostolorum* solum ter » credere in «, scilicet in Deum Patrem, in Iesum Cristum 20 **C 111r** Filium eius et in Spiritum sanctum. Huiusmodi enim audent/multociens verbis et factis contradicere huic articulo fidei symbolique apostolorum, scilicet » credo sanctorum communionem «, quia volunt et predican solum suos fictos / fratres esse participes oracionum eorum ethnicarum, **108v** propter quas tamen *secundum veritatem evangeli* » amplius¹⁹² iudicium 25 accipient«, et eos, qui faciunt se dignos secundum doctrinam ipsorum cum insripcionibus sive obligacionibus ad eorum sectas sive fraternitates vel in porrigendo eis dona aliqua, cum tamen dicat *psalmista* » participem¹⁹³ me fac«, Deus, »omnium timencium et custodiencium mandata tua «.
- 30 Attendite hic quicunque seculares mechanici / litterati et illitterati, **M 117v** qui vestras privatas tenetis sectas et obligaciones legi perfecte libertatis contrarias vel administrus onerosas et illas appreciat et honoratis cum privatis candelis, vigiliis et missacionibus nonnunquam ex huiusmodi obligacionibus sive ad hominum voluntatem vel timorem vel honorem 35 mundanum symoniace, ypocrifice a symoniacis, fornicatoribus, avarisque sacerdotibus factis. Fratres autem Iesu Christi de ordine et religione cristiana, qui huiusmodi peccunia in predictis pompose et inutiliter consumpta deberent sustentari, fame et penuria in victu et vestitu pereunt. Subdit igitur *Hugwicio:* » Nobis¹⁹⁴ ergo nichil ex arbitrio suo

01 concissus: concisus *M*: occisus *U* — 03 populus episcopos: proprios episcopos *MPG* — reges *om. M* — 05 ad Thytum: ad *om. UM* — presbiter: presbiteris *M* — XCV di. Olym: XCV di. Olym, quod »idem... *M* — 07 ego Appollo: ego sum Apollo *M* — 08 consilio: concilio *M*: concilio *in consilio corr. in C* — 10 ficti: victi *U* — nos sumus: nos *om. U* — 11 Carmelite: Carmeliti *CM* — 13 negociantur: et negociantur *G*: et negociatur *M* — 19 ter: cor *M* — 23 fictos: victos *U* — 26 cum insripcionibus: ac insripcionibus *U* — obligacionibus: oblacionibus *U* — 27 in porrigendo: in *om. U* — 31 legi: lege *U* — 33 et missacionibus: et *om. U* — 34 vel honorem: seu honorem *C*: sive honorem *M* — 35 fornicatoribus: fornicacionibus *M* — 36 de ordine et religione cristiana: de ordine religionis cristiana *U* — 38 fame et penuria: et *om. U* — 39 pereunt: periunt *M*

inducere licet nec eligere. Huius rei apostolos Dei habemus accionesque, 01
108v^b qui / nec ipsi quidquam ex arbitrio suo, quod induxerunt, eligeant, sed
C 111v acceptam a Christo fideliter disciplinam / nacionibus assignaverunt.
Unde ,si angelus de celo aliter ewangelizaverit, anathema vocabitur'. «
Hec ille.

05

Ex dictis igitur Crisostomi superpositis patet, quomodo in veritate
paucissimi sunt cristiani re et nomine, verbo et opere sub Domino Iesu
Christo manentes. O karissimi, » quam¹⁹⁵ angusta porta et arta via ducens
ad vitam, et pauci inveniunt eam «; per quam tamen contendite intrare.
Et quam » spaciosa¹⁹⁵ porta et lata via, qua dicit ad perditionem, et 10
multi intrant per eam«, a quibus fugite.

Unde dicit *Jacobus de Voragine*: » Mayus¹⁹⁶ periculum est ceco ductorem
habere cecum quam nullum. Si enim cecus ductorem non habet, cum
baculo viam temptat. Si autem cecus ductorem cecum habuerit, secum
ille in foveam precipitat.« De hoc vide, quod dicitur *Extra De etate et* 15
*qualitate, Cum sit.*¹⁹⁷ Et vult *Crisostomus super epistolam Hebreorum*¹⁹⁸,
quod mellius est regi a nullo quam a pessimo. Ideo dicit *Apostolus II*

109r^a *Thessalonicensium II*: » Quoniam¹⁹⁹ nisi venerit / discessio primum et
revelatus fuerit homo peccati « etc., ubi innuit Apostolus, quod oportet
fieri discessionem a seductoribus et scismaticis et hereticis, de quibus 20
supra.

Qui sicut heretici secundum Crisostomum appellantur, sic in eorum
dictis et scriptis sive mandatis verbis utuntur pro hereticis, utputa
iubemus, volumus, precipiendo mandamus sub excommunicacione,
maledicione, interdicto, de quibus infra clarius patebit. Et ideo ex 25
loquela eorum manifesti sunt *Mathei XXVI* » nam²⁰⁰ et loquela tua
manifestum te facit «, » ex²⁰¹ habunadancia enim cordis os loquitur «,
Mathei XII. Igitur ab excommunicacione, citacione et obediencia falsa
sive humanitus adinventa et in lege Dei non fundata predictorum
merito est discedendum (secundum doctrinam Apostoli supra) ad 30
obedienciam Cristi. /

Secundum quod dicit *Augustinus 1 q. 1 Dominus declaravit*, duobus
modis dicitur quis sacerdos: unomodo vere, aliomodo solo sacramento:
» ut²⁰² enim quisquis sit verus sacerdos, oportet non solum sacramento,
sed iusticia quoque induatur, sicut scriptum est ,sacerdotes tui induantur 35
iusticia'. « Ideo dicitur *ibidem § Ecce*: » Notandum²⁰³ est, quod sacra-
mentum sacerdotalis promocionis pre ceteris omnibus magis accurate

109r^b et digne dandum vel suscipiendum est, quia nisi ita collatum / fuerit
M 118r desinit esse ratum. / quo non fuerit rite perfectum. « *Et sequitur*: » Istud²⁰⁴

01 Huius: Huiusmodi CM — accionesque: autoresque M — 02 quidquam ex
arbitrio suo [inducere licet nec eligere. Huius rei apostolos Dei habemus accio-
nesque, qui nec quidquam ex arbitrio suo] quod induxerunt U — 06 igitur: istis
M — superpositis: supradictis M — quomodo: quod M — 08
via om. M — 15 Extra om. U — 16 vult Crisostomus: Crisostomus vult M —
Hebreorum: ad Hebreos C: habere M — 17 regi a nullo: a nullo regi M: a nullo
in M om. postea tamen additum — 19 et revelatus: et om. M — 23 dictis et scriptis:
et om. U — 24 precipiendo: precipimus M — 25 interdicto: interdicione U — 28
citacione bis M — 29 humanitus: humanitas M — et in lege: et om. U — 30 disce-
dendum: discedendum U — supra: ubi supra M — 31 obedienciam... Dominus om.
M — 33 sacramento: sacramenta M — 34 quisquis: quis M — 39 desinit... fuerit
om. U — perfectum om. M — Istud: Illud U

01 solum non propter se solum, sed propter alios datur, et ideo necesse est, ut vero corde et munda conscientia quantum ad se sumatur. Ad alios vero non solum sine omni culpa sed eciam sine omni infamia propter fratrum scandalum, ad quorum utilitatem — non solum ut 05 presint sed eciam ut prosint — sacerdotium datur. « *Hec ibi*.

Sic dicit *Crisostomus Iohannis VI in fine*,²⁰⁵ quod et Iudas vocatus ad dignitatem apostolatus et protunc fuerit bonus, quia vocacio ad talem dignitatem respicit presentem iusticiam. *Et concordat cum eo Lira dicens, quod* »distribucio²⁰⁶ bonorum respicit iusticiam conmutati-10 vam, ut habetur II Ethicorum, ut alicui plus detur de honore, quanto mayor est in virtute. Et ideo non est verisimile, quod Iudas vocatus fuerit ad honorem apostolatus nisi tunc fuerit iustus, vel tunc eum Cristus iustificaverit, ut esset tali honore dignus, sicut iustificavit Matheum, quando eum vocavit ad apostolatum, ut habetur Mathei IX.

15 Item Iohannis XVII dicit Cristus de suis discipulis loquens ad Patrem: *Quos / dedisti michi, custodivi, et nemo periret ex eis, nisi filius perdi- C 112v^{on}*cionis.

20 Et sic secundum Crisostomum licet / postea peccavit prodendo et 109^{va} tradendo Christum, non contradicit isti vocacioni, quia apostoli ex sua vocacione non fuerunt in bono confirmati, quod patet ex casu Petri, qui post suam vocacionem Christum negavit. Et similiter dicendum est, quod licet Iudas tempore sue vocacionis fuerit bonus, tamen postea 25 Christum prodendo peccavit, et extunc erat malus. Quando Christus apostolis dixit, ‘nonne XII elegi et unus ex vobis dyabolus est’, sua tamen malicia non erat apostolis nota, sed soli Christo, qui cognoscit corda. Christus tamen suam maliciam dixit in generali, ipso audiente, ne credens suam maliciam latere sine timore malum operaretur, non 30 tamen dixit in speciali, ne extunc inverecundus factus peyor efficeretur, secundum quod dicit Crisostomus « *ubi supra* ».

Ideo dicitur *LXVIII di. Sicut*: »Si²⁰⁷ quis cum levi culpa ad sacerdotium venit, pro culpa penitencia debet indici, et tamen ordo servetur«, *ubi glossa*²⁰⁸ de huiusmodi culpis allegat V q. *III In loco*,²⁰⁹ et ibi dicitur 35 de indiscretis vocibus, tumultibus, perturbacionibus, fabulis vanis, risibus, discrepancias etc. Et dicit *glossa dicti / c. Sicut*,²¹⁰ quod C 113r loquitur de promotis. Sed si enorme peccatum tacuisse, secus esset secundum Iohannem, *ut L di., ubi dicitur*: »Ex²¹¹ penitentibus, quamvis sit bonus clericus, non ordinetur; / si per ignoranciam episcopi factus 109^{vb} fuerit, deponatur a clero, quia se ordinacionis tempore non prodidit fuisse penitentem. Si autem sciens episcopus ordinaverit talem, eciam

01 necesse... conscientia: necesse est vera cordis et munda conscientia *U* — 03 infamia: infamea *M* — 05 eciam *om.* *M* — 07 fuerit: fuit *U* — 10 ut habetur: nam ut habetur *M* — II Ethicorum: *V Ethicorum Lyra* — 12 ad honorem... fuerit *om.* *M* — fuerit iustus: fuerat iustus *U* — vel tunc: vel quia tunc *Lyra* — 13 iustificaverit: iustificaverat *M* — 14 ut habetur: quod habetur *C, supra lineam tamen ut* — 15 Item: *Et U* — 23 qui: quia *M* — 24 quod licet: licet quod *U* — 29 sine: ne ex *Lyra* — operaretur: opereretur *U* — 33 ordo: odio *M* — 36 etc. *om.* *U* — Sicut bis *M* — 40 quia se: se *om.* *U* — 41 eciam ipse: et ipse *U*

ipse ab episcopatu suo, ordinandi duntaxat potestate privetur. « *Et 01 secundum c. penultimum eadem di.*: »Dicimus²¹² eum penitentem, qui M 118v post baptismum / aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus gravissimisque peccatis publicam penitenciam gerens sub cilicio divino fuerit reconciliatus altario«. De occulto autem peccato dic, ut habetur *Extra 05 De temporibus ordinacionum, Quesitum*.²¹³

Unde dicitur *XXXII di. ex Meldensi synodo*: »Nemo²¹⁴ ad sacram ordinem permittitur accedere, nisi aut virgo aut probate castitatis et qui usque ad subdyaconatum unicam et virginem uxorem habuit.« Et hoc est, quod dicit *Apostolus I Thymotei III*: »Oportet²¹⁵ ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium« etc. *Et ad Thytum I dicit Paulus Thyto*: »Et²¹⁶ constituas per civitates presbiteros, sicut et ego disposui, si quis sine crimine est, unius uxoris vir« — dicit *Lira* »scilicet²¹⁷ post baptismum«. Si autem ante baptismum habuit uxorem et mortua fuit, non preiudicat ei quin post baptismum posset 15

110r^a ducere unam aliam, quia baptismus tollit illam irregularitatem. / De C 113v hoc vide, quod habetur *Extra De bigamis, / Debitum, per Bernhardum in glossa*.²¹⁸ Et querit *Bernhardus Extra De clericis coniugatis, Sane*: »Quid²¹⁹ de isto, qui corrumpit uxorem suam antequam eam ducat?« *Et dicit finaliter*, »quod²¹⁹ potest promoveri, quia causa impedimenti 20 cessat, quia iste non divisit carnem suam in plures«. *Argumentum dicti c. Debitum et eodem tytulo, c. unico libri VI, et Ioannes Andree in Novella in dicto c. Sane. Et Bartholomeus Brixiensis in dicto c. Nemo querit*: »Quid²²⁰ si credidit se contrahere cum virgine et est corrupta? Dico eum non esse promovendum, cum sit maritus corrupte, ut LI di. Qui 25 in aliquo« etc.

An autem presbiteri cum suis uxoribus, ipsis in habitu laycali vel in minoribus copulatis, dormire valeant, dubitatur. Pro isto dicitur *XXXI di.*: »*Nicena*²²¹ synodus volens corrigere hominum vitam in ecclesiis commorancium, posuit leges, quas canones vocamus, in quorum 30 tractatu videbatur aliquibus introducere legem, ut episcopi, presbiteri, dyaconi, subdyaconi cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerunt, non dormirent. Surgens autem Phanucus confessor contradixit, honorabiles confessus nupcias, et castitatem dicens esse cum propria 110r^b coniuge concubitum, swasit/que concilio, ne talem ponerent legem, 35 gravem esse asserens causam, que aut ipsis aut eorum coniugalibus occasio fornicacionis existeret. Et hoc quidem Phanucus, licet nupciarum esset inexpertus, exposuit, synodusque laudavit sentenciam eius et C 114r nichil ex hax parte sancxit, sed hoc / uniuseiusque voluntate, non necessitate, permisit. « *Ubi dicit glossa*: »Ergo²²² unus potest contradicere 40

05 dic: dicit *M* — *Extra om. C* — 07 sacram: *sacrorum CM: sacrorum in sacram corr. in U* — 08 accedere *om. U* — 10 *I Thymotei III: I Thymotei IIII UM* — ergo *om. U* — 11 ad *Thytum: ad om. UM* — 12 presbiteros: prespiteros *U* — 14 scilicet *om. U* — Si autem: Si enim *U* — 15 preiudicat: *predicat M* — 18 *De clericis coniugatis, Sane: De clericis qui, Sane U* — 19 corrumpit: *percorrumpit U* — 22 *Debitum om. U* — *tytulo, c. unico libri VI: tytulo et unico c. I. VI M* — 23 *Et Bartholomeus Brixiensis: Birx M* — 25 corrupte: corrupte mulieris *U* — 26 etc. *om. C* — 27 An: Alii *M* — ipsis: sic ipsis *M* — 33 dormirent: dormierunt *M* — contradixit: dixit *M* — 34 propria: proprio *U* — 35 talem *om. M* — ponerent: pone- ret *U* — 39 sancxit: sanxit *C* — hoc: hoc in *Fr.* — 40 contradicere: tradicere *M*

01 toti universitati, si habet racionabilem causam, nam sentencia unius
potest trahere alios ad partem suam», *ut ibi*.

Alius autem dicitur sacerdos, *ut in dicto c. Dominus / declaravit*, M 119
scilicet solo sacramento, non autem verax, »sicut²²³ fuit pontifex
05 Cayphas, persecutor unius et veri summi sacerdotis«. Et de illo dicitur
I q. 1 »Vilissimus²²⁴ computandus est, nisi precellat sciencia et sanctitate,
qui est honore prestancior«. Unde *XXXII di. § Porro dicitur:*
»Sciendum²²⁵ vero est, quod canones apostolorum (quorum auctoritate
Orientalis et ex parte Romana utitur ecclesia) et insignis Cyprianus
10 martir et LXXX episcopi cum eodem baptisma hereticorum lavaerum
dyaboli appellant.« Sic dicit *Crisostomus De imperfecto Mathei VII:*
»Audi²²⁶, qui doctus es ab hereticis, putas te eruditum. Raptus es, non
eruditus. Et baptizatus ab eis putas te cristianum / factum. Devoratus 110v
es, non salvatus. Nam luporum devorare est, non salvare.« Pro eis
15 facit, quod dicit *glossa c. Imperatores XI q. ultima sic:* »Sicut²²⁷ enim
nostri sacerdotes exsufflant in baptismo dyabolum, sic sacerdotes
hereticorum Cristum.« Ad hoc *XXIII q. IIII Quando, ubi Augustinus*
vocat eos »dissipatores²²⁸ ecclesie, flagellatores Cristi, exsufflatores
Cristi et blasphematores Cristi baptismi«. / C 114v

20 Alii autem, ut patet *in dicto § Porro*,²²⁹ sicut Stephanus et Cornelius
martires et pontifices Romani et Augustinus in libro *De baptimate*,
affirmant baptisma sive ab heretico sive a scismatico tamen ecclesie
more celebratum ratum esse. Loquitur autem Augustinus cum suis
maxime in casu necessitatis. cum subditur *in dicto §:* »Subito²³⁰ enim
25 morituro, dum forte catholicus non invenitur, sanccius est ab heretico
baptismi sacramentum sumere quam in eternum perire« etc. Ideo
ceteris paribus sanccius est a meliori recipere baptisma et catholico
(dictum est igitur supra *secundum Apostolum*, quoniam »nisi²³⁰ venerit
discessio primum« etc.) intantum, quodsi non esset sacerdos catholicus,
30 sed avarus, symoniacus, *secundum Thomam*²³¹ baptizare potest quilibet
alius fidelis. Ad hoc optime facit *glossa c. Baptizandis I q. 1, ubi querit:*
»Quid²³² si sacerdos nullomodo wult baptizare, nisi ei detur peccunia? / 110v
Dicunt, quod si baptizandus adultus est, nichil ei debet dare, quia sola
fides ei sufficit, De cons. di. IIII Baptismi. Si est puer, baptiset eum
35 offerens, vel pater vel mater. Sed si illi ita debiles sunt vel nesciunt
formam baptismi, vel nullus est aliis, qui baptiset in necessitate, non
ideo danda est peccunia et committenda symonia, pocius permittatur
mori sine baptismo. Argumentum dicti c. *Baptisandis et c. Placuit.* / Ego C 115r
tamen pocius darem peccuniam quam eum sic dimitterem mori, licet
40 sic non deberem facere.«

04 non autem: non anima M — 05 et veri: et om. U — 07 Porro dicitur: Porro,
et dicitur M — 09 Orientalis: originalis M — et insignis: eciam et insignis U:
eciam insignis M — 11 appellant: appellarent C — 13 baptizatus ab: inbaptizatus
ex M — 14 devorare est: est devorare M — 15 facit: est M — XI q.: IX q. U —
enim nostri: nostri enim M — 16 exsufflant: sufflant M — in baptismo: in bap-
tismum U — 20 ut patet: utque U — 23 ratum esse: ratum esse etc. C — 27
baptisma: baptismum U — 29 primum om. U — 31 facit: dicit M — ubi querit
om. U — 32 nullomodo: ullomodo CM — 36 formam bis U

Quo autem ad confeccionem, secundum quod potest haberi de **or**
canonibus: aliter est dicendum de ecclesiastico peccatore sacerdote, qui
ab inicio rite et debite intravit per ostium et ordinatus est, licet postea
M 119v factus / sit malus per lapsum, in peccato adhuc occulto et intra ecclesiam
existens numero licet non merito, sicut Iudas ante Domini sui prodicio-
nen manifestam, et aliter dicendum est de heretico et ab inicio intus
occiso per symoniam nil recipiens nisi maledictionem et lepram, ut
magis infra patebit, et de manifesto preciso et scismatico, sicut fuit
111r^a Iudas post Domini sui / tradicionem appertam. Ista distinccio potest
haberi ex § Hec igitur²³³ et c. Sicut Cristus 1 q. 1.²³⁴ 10

De primis potest intelligi Augustinus et sui sequaces, dicentes, quod
mali conficiunt sacerdotes, ut in c. *Intra katholicam*²³⁵ et in c. *Sicut
Cristus*²³⁴ in principio et in concordanciis. Et ad istum sensum loquitur §
Cum vita 1 q. 1²³⁶ et c. *Sacerdotes*.²³⁷ Et quod communiter dicitur, quod
non conficit digne malus sacerdos sive meritorie, quia effectum salutis 15
non confert ei, quem merita faciunt indignum, pocius inpletur in eo
illud Apostoli »qui²³⁸ manducat corpus Domini et bibit sanguinem indigne,
iudicium sibi manducat et bibit«. Et sic dicunt iura, quod talis suspensus
est quoad se, licet non quoad alios. Quantum ergo ad participantes,
C 115v dicitur: / quod si offerat Deo malus et accipiat inde bonus? Tale cuique 20
est, qualis quisque fuerit, quia *scriptum est* »omnia²³⁹ munda mundis«,
et omnia in fide Christi purgantur. Ad hoc 1 q. 1 *Nos dicimus*.²⁴⁰ Quando
autem sint participantes tales, quales et illi qui offerunt, eciam ipsis
non prosint, ut in dicto c. *Nos dicimus*.²⁴⁰ Unde dicit Cirillus in epistola
ad Augustinum, quomodo Ieronimus in mortis articulo sit locutus: »Heu²⁴¹ 25
me, Domine, quid dicam! quot hodie sacerdotes te conmedunt in altari
111r^b ut carnes pecudum et volucerum, ymmo peyus! Nocte / mulierum utuntur
actu turpissimo, et te mane masticando conmedunt. Ubi, Domine,
latitas? Dormisne an vigilas? Est tibi hoc acceptum sacrificium? Est
hec oblacio, quam eligis? Exaudis preces eorum de celo et de sede 30
maiestatis tue? Vere si velles hoc sacrificium et libamen, mendax
fieres et socius peccatorum. Certe, Domine, si vera sunt, que locutus
es per os prophetarum, si iustorum solum supplicacionibus presto es,
si placent hec, tale impediendum est sacrificium, ne fiat. Unde hu-
usmodi sacrificium fit ad sacerdotis preiudicium et dampnacionem, 35
nec, pro quibus fit, prodest. Ymmo, ut verissime dicam: qui vitam talis
sacerdotis agnoscit et eum pro se celebrare facit, fit eiusdem peccati
C 116r conscius nec non et pene particeps. « / *Hec ille.*

Ideo dicitur *XXXII di. § Porro*: »In²⁴² tantum obsunt eis, ut vero
ydolatre sint, cum talibus (scilicet sacerdotibus) et ordinacionum et 40
sacramentorum confeccio, et aliter, quam permisum est scienter
suscepcio vehementer a sanctis canonibus prohibeantur. Ayt enim
Samuel propheta: ,Quoniam peccatum ariolandi est repugnare et quasi

03 ostium: hostium C — 06 est om. CM — 10 Hec igitur: Hec Et igitur M: Hoc
igitur Fr. — 14 Et quod... sacerdos om. U — 17 illud: id M — 28 offerunt:
afferunt U — eciam: et U — 24 prosint: prosunt C — 29 tibi hoc: hoc tibi
M — 31 libamen: velamen M — 37 eiusdem: huiusmodi M — 48 quasi om. U

- 01 scelus ydolatrie nelle acquiescere.^c Agentibus igitur vel suscipientibus
 hec sacramenta obsunt, nisi sola / morte interveniente /, utpote ne 111v^a
 sine baptimate vel communione quilibet humanis rebus decedat. Hec M 120r
 de malis catholicis, qui intra ecclesiam sunt, ut *in dicto § Porro.*
- 05 De symoniacis autem et fornicatoribus scilicet notoriis, utputa per
 propriam eorum confessionem in iudicio factam vel per sentenciam vel
 per rei evidenciam, ut quia publica argumenta super terram gradiencia,
 sicut sunt pueri sive concubina, ita se exhibent conspectui hominum,
 quod nulla possunt tergiversacione celari, ut dicit *Raymundus in Summa.*^{242a}
- 10 *Concordat Extra De vita et honestate clericorum, Vesta*²⁴³ *et c. ultimo.*²⁴⁴
 De huiusmodi ergo sacramentis dicit *Gregorius XXXII di. § Verum,*
scribens Rudolfo et Berthulfo ducibus inter cetera: »Officium²⁴⁵ symonia-
 corum et in fornicacione iacecentium scienter / nullomodo recipiatis, et C 116v
 quantum potestis, tales a sanctis ministeriis, ut oportuerit, prohibeatis.«
- 15 Sie dicitur 3ⁱⁱ *Regum II,*²⁴⁶ quod rex Salomon depositus Abiathar et
 pro eo posuit Sadoch sacerdotem. Sic adhuc invenitur in multis partibus,
 quod quam cito sacerdotes deprehenduntur in fornicacione, adulterio
 sive alio crimine, quod communitas eos reicit et expellit et nonnunquam / 111v^b
 eciam punit, ut dicitur X q. I in glossa, quod »clericis²⁴⁷ concubinarii
 20 non debent conmedere bona ecclesie« nec est eis offerendum. Sic dicit
Hostiensis in Summa super 3° Decretalium in tytulo De decimis, quod
 »si²⁴⁸ clericus non fecerit servicium, ut debet, aut notorius fornicator
 sit, laycus non tenetur dare decimas illi. Argumentum Extra De cohabita-
 tione clericorum et mulierum, Tua, et c. ultimum«, quia alias esset
 25 particeps peccatorum huiusmodi sacerdotum. *Concordat Extra De*
*officio delegati, c. I in textu et in glossa.*²⁴⁹ Et »si²⁵⁰ episcopi consenserint
 pravitatibus fornicariorum sacerdotum, datur principibus secularibus
 licencia, ut eorum feminas mancipent servituti et ipsos fornicatores ab
 officio deponant«, ut *XXXII di. Eos qui.* Et episcopus si non correxerit
 30 pro excessibus sacerdotes, ipsi patroni debent »hoc²⁵¹ auribus regis
 intimare« et »per²⁵² seculares opprimi / potestates«, ut *XVII di. Nec* C 117r
licuit, et XVI q. ultima Filiis.
- De symoniacis autem dicit *Augustinus 1 q. I* »Sicut²⁵³ eunuchus
 fuit, qui Ioseph comparavit, ita qui graciam mercatur, vivum semen
 35 non habet siccis genitalibus. Sieque quod ignis sacrificii, qui per LXX / 112r^a
 annos Babilonice captivitatis sub aqua vixerat, extinctus est Anthiocho
 Yasoni vendente sacerdotium, quod significavit ignem in Spiritu sancto
 non lucere in symoniacis sacramentis«. Ideo dicitur *ibidem in § Quid*
- 02 utpote: utputa M — 03 communione... decedat em.: communione quibuslibet
 humanis rebus decedat CM: communione decedant decedant quibuslibet humanis
 rebus decedat U — 04 intra: inter M — 06 per sentenciam: per om. M — 08
 sicut om. M — 10 *Vesta* et: *Vesta* in M — 14 ministeriis: misteriis UM — 15 3ⁱⁱ
Regum: 2ⁱ Regum M — 17 quam: tam M — deprehenduntur: deprehenduntur
*C — 19 eciam om. M — ut: unde CM — clericis concubinarii: clericis et concu-
 binarii M — 28 decimas: decimam CM — 27 fornicariorum: fornicatorum M — 28*
licencia om. M — 29 Eos qui: Eos qui et XVI q. ultima Filiis U — 31 Nec licuit:
Non licuit M: in C Nec om., postea tamen additum — et XVI q. ultima Filiis om.
U: in C om., postea tamen additum — ut.... Filiis: ut XVII di. et XVI q. ultima
Filiis, Non licuit M — 35 LXX: triginta U — 37 vendente: vendenti U — 38 Quid
in hiis: Quid om. U

in hiis, quod huiusmodi sacramenta »falsa²⁵⁴ sunt quantum ad effectum, 01
quia non possunt in cordibus hominum gignere vel accendere celestem
graciam.« Ideo dicit *Crisostomus in suo Dyalogo l. III c. V:* »Illiud²⁵⁵
est misterium, sine quo nec salus nec ea, que bona sunt promissa divina.
redduntur. Nemo enim valebit ingredi in regnum celorum nisi ex aqua 05
renatus et spiritu, et qui non manducat carnem Domini et bibit eius
sanguinem, non habebit vitam eternam. que per nullius alterius quam
sancti efficiuntur manus sacerdotis« etc.

M 120v De hereticis / autem et scismaticis dicit *glossa c. Nos dicimus 1 q. 1:*
»Si²⁵⁶ veritate duce regimur, non est Cristi corpus, quod hereticus 10
conficit.« Ad hoc *XXIII q. 1 Scisma*, ubi dicit *Pelagiuss papa:* »Non²⁵⁷
est Cristi corpus, quod scismaticus conficit, si veritate duce dirigimur.«

112r^b *Ubi / dicit glossa, quod* »Iohannes²⁵⁸ Faventinensis intellexit hoc ad
C 117v litteram«. / quia secundum glossam c. *Nos dicimus*²⁵⁹ supra hoc sacra-
mentum est sacramentum unitatis, ut *De cons. di. II Qui passus*,²⁶⁰ 15
sed extra unitatem ecclesie confici non potest, 1 q. 1 *Extra ecclesiam*²⁶¹
et c. *Sacerdotes*.²⁶² Ideo dicit Salvator *Iohannis XV:* »Sicut²⁶³ palmes
non potest ferre fructum nisi manserit in vite, sic et vos, nisi in me
manseritis.« *Et sequitur:* »Quia²⁶⁴ sine me nichil potestis facere.«

Ad constitucionem sive perfectionem cuiuslibet rei duo requi- 20
runtur, scilicet materia et forma, comprehendendo sub materia efficien-
tem et sub forma finem. Principale autem efficiens confectionem
ewkaristie sive corporis et sanguinis Christi est Christus verus Deus et
homo, ministeriale autem est sacerdos. Ideo dictum est *supra secundum* 25
Crisostomum, quod per »nullius²⁶⁵ alterius quam sancti efficiuntur manus
sacerdotis«. Unde dicitur *Extra De Summa Trinitate, Firmiter, § Una:*
»Hoc²⁶⁶ utique sacramentum nemo potest confidere, nisi sacerdos,
qui rite fuerit ordinatus secundum claves ecclesie, quas ipse concessit
apostolis eorumque successoribus Iesus Christus.« Sed secundum quod
dicitur 1 q. 1 »Quisquis²⁶⁷ per peccuniam ordinatur, ad hoc, ut fiat here- 30
ticus, promovetur« et lepram accipit, *ut ibi in c. Cum ordinaretur*,²⁶⁸
112v^a et spiritum mendacii accipit, *ut ibi in c. Gracia*,²⁶⁹ et male/diccionem
et dampnacionem, *ut ibi in c. Qui perfectionem*,²⁷⁰ et »sacerdos²⁷¹ non
est, sed inaniter tantummodo dici concupiscit«, *ut ibi in c. Quicunque*.

Materia autem, circa quam, secundum doctores est panis triticus 35
C 118r non fermentatus, id est panis azimus. Et secundum *Gwilhelnum /de*
Monte Lauduno in pane fermentato conficit ecclesia Orientalis, *et*
secundum eum »absurdum²⁷² esset dicere, quod ideo dampnaretur«
etc. ut ibi, et vinum aqua mixtum, non acetum nec agresta nec botros
bene maturus, in quo est vinum. Poterit autem fieri de vino puro sine 40

01 sacramenta: sacramentis M — 08 etc. om. C — 09 et om. M — 10 Christi
corpus: corpus Christi M: Christi om. U — 11 papa om. U — 13 glossa, quod om.
U — 14 hoc sacramentum... passus om. U — 15 Qui passus: Quia passus Fr. — 16
confici; conferri M — 17 Sacerdotes: Sacerdos U — 18 sic... sequitur om. M —
sic et vos: sic nec vos UC — 20 constitucionem: constituendum U — 21 compre-
hendendo... forma om. U — 23 Christi: Iesu Christi M — 24 Ideo: Sicut M — 26 De
Summa Trinitate: De Summa Trinitate et fide katholica U — 27 utique: itaque
M — 28 claves: canones M — 34 dici om. U — 35 triticus: triticus M — 36 Et
secundum Gwilhelnum: Et Gwilhelmus U — 38 eum om. M — 39 botros: botrus CM

01 aqua, licet fieri non debeat, sed non econverso, *ut dicit Gwilhelmus ubi supra. Ad hoc De cons. di. II Cum omne*,²⁷³ ubi dicitur, quomodo quidam lac pro vino dederunt. Et sic de aliis, que ibi reprobantur.

Forma a Cristo instituta panis sunt hec verba necessaria tantum
05 »hoc²⁷⁴ est corpus meum«. Hoc verbum enim quod est coniunctio causalis, est de congruitate. Super forma sangwinis sunt opiniones; dicunt quidam, quod hec tantum sunt de forma seu de substancia »hic²⁷⁵ est sagwis meus«. Alii dicunt, quod ymmo usque ad »remissionem²⁷⁵ peccatorum« totum inclusive. Et / quia sunt solemnes opinio- 112v^b
10 nes, nullus audet precipitare eleccionem, quare melius totum dicitur de forma, quia pars comprehenditur sub toto. *Hec Gwilhelmus²⁷⁶ ubi supra.*

O Deus. ad quid devenimus, quod in hiis arduis certitudinem / nesci- M 121r
mus, sed in opinionibus fundamur, cum tamen, ut dictum est supra,
15 nichil est fragilius eo. quod in sola opinione hominum consistit! Si igitur esset sacerdos rite ordinatus et debita materia presupposita et non applicaret debitam formam verborum cum intencione debita, vel sciens / se in mortali crimen constitutum propter »facinoris²⁷⁷ conscientiam, peractis ceteris circumstanciis, celebrare se fingeret suppressis C 118v
20 verbis, quibus conficitur«, planum esset, quod non conficeret, *ut Extra De celebracione missarum, De homine.*

Finis autem est, »ut²⁷⁸ sumant sic et dent ceteris«. Ad hoc enim Cristus instituit — videant hic sacerdotes, celebrantes ex sola consuetudine vel propter necessitatem, quia oportet eos celebrare, quia cottidiani vel cappelani seu ebdomadarii, vel quia funus sive sponsa, vel quia se obligant ad XXX requiem sine / intervallo, vel ex alia causa sinistra, 113r^a non ut Deum placarent, se et fideles Christi cibarent, sed pocius adhuc repellunt maledicuntque communicare vollentes et sangwinem Christi sub specie vini ipsis dare denegantes. Videant, an finis debitus iste 30 dici potest, et quid valeat dici illud, quod non sortitur fr̄m suum debitum. Frustrum enim dicitur calciamentum cuius non est calciacio, sic medicina dicitur frustra non inducens sanitatem.

Ideo dicit *Apostolus I Corinthiorum V* »cum²⁷⁹ huiusmodi non eibum sumere«, scilicet »qui²⁷⁹ fornicator aut avarus (et sic de aliis) nominatur«, et *II Iohannis c. unico* »neque²⁸⁰ recipere in domum nec ave dicere«, et *II Thessalonicensium ultimo* »hunc²⁸¹ notate et ne commisceas mini cum illo, ut confundatur«, et *Mathei XVIII* esse debet »sicut²⁸² ethnicus et publicanus«, quia ut dicitur *Mathei V* »ad²⁸³ / nichil valet C 119r ultra, nisi ut mittatur foras et conculceretur ab hominibus«. »Neque²⁸⁴ 40 ut dicitur *Luce XIII in fine*, »in²⁸⁴ sterquilinium utile est«, quia hec dicit Dominus *Ozee IIII*: »Separatum²⁸⁵ est convivium eorum«, ubi dicit *Lyra* »id est²⁸⁶ excommunicatum«, »quia²⁸⁷ sacrificia / eorum 113r^a tanquam panis luctus; omnes qui manducant ea contaminabuntur«

01 licet fieri: licet sine *M* — non econverso: non *om.* *U* — 06 Super: Supra *M* — 19 fingeret: fingitur *U*: fuderet *M*: fingit *Fr.* — 22 Finis bis *U* — dent: dant *M*: dentur *U* — 25 ebdomadarii: ebdomadarii *U* — funus: sumus *M* — 26 se obligant: obligant se *U* — 27 Cristi: cristiani *M* — 28 maledicuntque: maledicunt *U* — et *om.* *U* — 29 finis: fratres *M* — 30 finem: fratrem *M* — 31 calciacio: calceacio *C* — 35 unico: uno *CM* — 40 quia hec: que hoc *M*

Osee IX. Ideo dictum est supra in § Verum »nullomodo²⁸⁸ recipiatis«, 01
unde *glossa c.* *Qui wult, De pen. di. VI dicit*,²⁸⁹ quod eciam in necessitate
non sunt petendi sacerdotes ab unitate ecclesie propter aliquam culpam
divisi. *Allegat dictum § Verum.* Ideo dicitur in *glossa c.* *Si fuerit 1 q. 1,*
quod »in sacramento²⁹⁰ eukaristicie dicimus, quod de manu heretici 05
sumendum non est«. *Allegat XXIIII q. 1 c. ultimum, ubi wult Gregorius,*
quod »pocius²⁹¹ est mortem arripare quam de manu heretici communio-
nem accipere«, sicut ponit exemplum ibidem de quodam nomine Berun-
guldus, qui ita fecit, ut ibi patet. Ad idem dicit *Ciprianus in epistola* 10
contra hereticos, et ponitur 1 q. 1 »*Si quis*«,²⁹² *inquit,» de ecclesia heretica*
presumpcione exierit, a semetipso dampnatus est. Cum huiusmodi secun-
dum Apostolum nec cibum quidem debemus / accipere. Declaratur 15

M 121v hoc in libro Regnorum, ubi cum homo Dei ad Ieroboam missus esset,
qui peccata sua exprobaret atque ulcionem futuram prediceret, panem
aput illum edere et aquam bibere prohibitus est, quod cum non custo-
disset, divina sentencia inde rediens, morsu leonis in / itinere interiit.

An debet quisquam dicere sacramentum salutare et graciam celestem
comunem cum hereticis esse posse, cum quibus nec terrestris cibus
nec secularis potus debet esse communis? Constat autem oleum, unde
baptizati tinguntur sanctificari et eukaristiam fieri apud illos omnino 20
non posse, ubi spes nulla est et fides falsa, ubi omnia per mendacia
geruntur. Nam hereticus more symearum, que, cum homines non sint,
formam humanam imitantur, vultum catholice ecclesie et auctoritatem
fidei et veritatem vendicat, cum ipse nec in ecclesia sit, benedicit, cum
a Deo sit maledictus, vitam pollicetur, cum sit mortuus. Deum invocat, 25
cum sit blasphemus, sacerdotium aministrat prophanus, ponit altare
sacrilegus. Ad hec omnia accedit et illud malum, ut antistites dyaboli
audeant eukaristiam facere, et cum nec sanctificari oblatio illic possit,
ubi Spiritus sanctus non sit, nec cuiquam Dominus per eius preces et
oraciones prosit, qui Deum ipse violavit. Si enim qui ecclesiam violent 30

118v^b ethnici et publicani habentur, multo magis rhabbelles et hostes, / falsa
altaria et illicita sacerdocia, et sacrificia sacrilega et omnia adulteria
fingentes, inter ethnicos et publicanos necesse est ut computentur,
quos omnes constat a caritate atque unitate ecclesie catholice recessisse.
Ergo omnia quecunque faciunt heretici carnalia sunt et inania et falsa, 35
ita ut nichil eorum, que illi gesserint, a nobis probari debeat. Non statim
suscipienda sunt et assumenda, que iactantur in Cristi nomine, sed que
geruntur in Cristi veritate. Quomodo enim perfidere, que agunt, aut

01 Verum: VIII M — 02 dicit om. U — quod eciam: quod et U — 04 Verum:
VIII M — glossa om. U — 06 wult: dicit M — 08 accipere: acquirere U — 10 Si
quis: C in his verbis interruptum habet textum. Totus Cypriani locus in hoc codice
deest, vacat tamen brevissimum spatium; continuationem textus in C vide p. 51 — inquit:
inquit M — de ecclesia: ad ecclesiam M — 11 exierit: exierunt M — 12 nec: non
U — 14 prediceret: predicaret U — 16 inde: tamen M — 17 An debet em. sec. Fr.:
Audebant UM — 20 tinguntur: in M supra lineam add. unguntur — omnino om. U —
24 in om. U — 25 pollicetur: pollicitetur M — 26 sacerdotium: sacrificium U —
27 antistites dyaboli audeant: antistes dyaboli audeant U: antistes dyaboli audeat
Fr. — 28 sanctificari: sacrificari M — 30 violavit: violat U — 32 sacerdotia
om. U — sacrilega: sacrilegia M — 33 fingentes em. sec. Fr.: fing. UM: in M
pro omissis litteris vacat spatium — 38 aut om. M

01 inpetrare aliquid illicitis conatibus a Deo possunt, qui contra Deum,
quod non eis licet, moliuntur? Quare qui hereticis et seismatibus patro-
cinantur, censura divina in eorum probantur facinore et penis non
solum duces et auctores, sed eciam participes desti⟨nari⟩, nisi se a con-
05 munione malorum separaverint precipiente Domino per Moysen:
,Separamini a tabernaculis hominum istorum durissimorum et nolite
tangere de omnibus que sunt in eis, ne simul pereatis in peccatis eorum.¹
Et quod comminatus Dominus per Moysen fuerat, inplevit, ut qui se
a Chore et Datan et Abyron non separassent, / penas statim pro impia 114r
10 communione solverent. Sicut eciam per Ozee prophetam Spiritus sanctus
testatur dicens: „Sapiencia eorum tanquam panis luctus; omnes qui
manducant ea contaminabuntur“, docens scilicet et ostendens Dominus
omnes omnino cum autoribus suppicio eorum coniungi, qui fuerint
peccatis eorum contaminati.“ *Hec ibi Ciprianus in epistola de verbo
15 ad verbum.*

Ad idem dicit Ieronimus 1 q. 1 »Maledicam²⁹³ benediciones vestras«,
hoc est: quicquid a vobis benedicetur, per me erit maledictum. « *Ad
idem XXIII q. IIII »Recedite²⁹⁴, exite / inde, et inmundum ne teti- M 122r
geritis«.* Item Ieronimus in Amos prophetam c. V, et ponitur 1 q. 1 »Odit²⁹⁵
20 Deus sacrificia hereticorum et a se proiecit, et quo cienscunque in nomine
eius / congregati fuerint, detestatur fetorem eorum et claudit nares C 119v
suas«. Item Crisostomus De imperfecto Mathei super isto »Attendite²⁹⁶
a falsis prophetis« etc. inquit: »Sed²⁹⁷ forte dieis: quomodo possum
illum dicere non esse cristianum, quem video Cristum confidentem,
25 altare habentem, sacrificium panis et vini offerentem, baptisantem,
Scripturas sanctas legentem. omnem ordinem sacerdotii habentem?
Hoc audi/responsum, quoniam et symea omnia membra hominis habet 114r
et per omnia hominem imitatur. Numquid propterea dicenda est homo?
Sic et heresis omnia signa ecclesie habet et imitatur, sed non sunt
30 ecclesie. « *Et sequitur:* » De²⁹⁸ hereticis cristianis loquitur Cristus fugiendis,
qui a foris in scemate cristiani videntur, ab intus autem confessionis
efficacitate gentiles. Et isti magis periculosiores sunt quam illi Iudayci,
quoniam illi quidem reieci ab apostolis et notati extra conventum
cristianorum erratici vagabantur et furtim quosdam corrumpebant
35 incautos, isti autem quasi fundati cristiani et ecclesias suas habentes.
Et quid dicam? Ecclesias eciam palam regentes cum libertate sub-
vertunt. « *Et sequitur:* » De²⁹⁹ quibus lupis Apostolus: „Scio“, inquit
,quia post discessum meum intrabunt lupi rapaces in vos, non parcentes
gregi, et ex vobis ipsis exient perversa loquentes. ut adducant dyscipulos
40 post se‘. « *Ideo idem Mathei XXIII super isto »Ierusalem³⁰⁰, Ierusalem,
que occidis prophetas« inquit: »Hic³⁰¹ intelligite semper ecclesiam, que*

01 qui... moliuntur: qui quodam moliuntur M — 04 destinari em. sec. Fr.: desti
(pro omissis litteris vacat spatium) M: destituentur U — 06 a om. U — 09 se-
parassent... solverent Fr. — 12 scilicet om. M — 13 omnes:
orans M — 14 in epistola: ubi supra U — 16 in verbis Ad idem iterum C incipit;
vide p. 50 — 18 Recedite: Secedite U — 19 prophetam: propheta M — 22 isto om.
U — 24 confidentem: conficientem U — 29 heresis: hereses UC — habet: habent
UC — imitatur: imitantur UC — non sunt ecclesie: non sunt propterea dicende
ecclesie U — 31 cristiani em.: Cristi UCM — 34 vagabantur: sagabuntur U: vaga-
buntur C — 38 in vos: et vos M

dicitur civitas pacis, cuius fundamenta posita sunt super montes 01
Scripturarum. Sicut ergo illi Iudei spirituales egressi crediderunt in
114v* Cristum, illi autem, qui erant / Ierusalem corporalis, manentes in
corporali Iudaysmo, persequentes spirituales Iudeos, id est apostolos
C 120c ceterosque ex circumcisione credentes; sic et de ista nova Ierusalem, / id 05
est de ecclesia, qui spirituales cristiani fuerunt, relicta corporali ecclesia,
quam perfidi occupaverunt violencia, exierunt ab illis. Magis autem
exierunt a nobis, sicut Iohannes exponit. Ille enim de ecclesia exire
videtur, non qui corporaliter exit, sed qui spiritualiter veritatis funda-
menta ecclesiastice relinquit. Nos enim ab illis exivimus corpore, illi 10
autem a nobis animo. Nos ab illis exivimus loco, illi a nobis fide. Nos
aput illos reliquimus fundamentum parietum, illi apud nos reliquerunt
fundamenta Scripturarum. Nos ab illis egressi sumus secundum aspectum
hominum, illi a nobis egressi sunt secundum Dei iudicium. Et illi corpo-
rales cristiani persecuntur nos spirituales. «

15

Et de isto, quomodo lupi persecuntur oves et quomodo debeat
congnosci lupus, pulchre dicit *idem Mathei VII super isto »a³⁰² fructibus
eorum« etc. De imperfecto³⁰³*. Et de illo dictum est in Conclusionibus de
materia sagwinis.

Vos igitur, sacerdotes, qui symoniace intrastis et a symoniaco forte 20

114v^b ordinati sive liniti maxime / scienter, non oportet multum gloriari / de
M 122v huiusmodi honore et linicione exteriori, quia si ille ius consecrandi
non habuit, iste ex olei infusione nichil consecrationis accepit, ut *LXVIII
di. § Quid ergo³⁰⁴* ideo pocius dolere et penitere et a summo pontifice
reconciliacionem et dispensacionem petere, quia secundum quod dicitur 25
1 q. 1 »In³⁰⁵ ecclesia Dei, que corpus Christi est, aliter nec rata sunt
sacerdicia nec vera sunt sacrificia», (*glossa*: »quantum³⁰⁶ ad habendam
rem sacramenti et licitam execucionem»), nisi in proprietate sue
C 120v nature / verus nos pontifex reconciliet». Unde dicit *Apostolus Actorum
XX*: »Attendite³⁰⁷ vobis et universo gregi, in quo Spiritus sanctus 30
posuit vos episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo«,
quia secundum quod dicitur *Romanorum VIII »Deus³⁰⁸ qui iustificat;
quis est, qui condempnet?« Quoniam »diligentibus³⁰⁹ Deum omnia
cooperantur in bonum« etc.*

»Probacio³¹⁰ autem dilectionis est exhibicio operis« *secundum Gre- 35*
gorium. Ideo *secundum Ambrosium in Sermone »mendacium³¹¹* est
sacerdotem se profiteri vel clericum et contraria huic ordini operari«.

Et sic Actorum XXIII, cum dicebant Paulo »sumnum³¹² sacerdotem

115r* *Dei maledicis?«, dixit Paulus: »Nescivi,³¹³ fratres, quia princeps / est
sacerdotum«, quo dixit: opera sacerdotis non video in eo, quia »contra³¹⁴ 40
legem iubet me percuti«, ut *ibidem*. Quare dicitur *Apokalipsis II:*
»Habeo³¹⁵ adversus te pauca, quia caritatem tuam primam reliquisti.*

07 perfidi: per fidem M — 11 animo om. U — 12 reliquimus: relinquimus M —
reliquerunt: relinquerunt M — 13 aspectum: aconspectum M — 14 sunt om. M —
16 debeat: debet M — 19 sagwinis: sangwinis etc. M — 20 symoniace: symo-
niaci M — 23 consecrationis: consecracione U — 27 sacerdicia nec vera sunt
om. C — 29 reconciliet: reconciliat M — 32 Romanorum VIII: Rom. VII U:
Romanos XIII M — 35 secundum Gregorium om. U — 37 sacerdotem se: se sacer-
dotem C

- 01 Memor esto itaque, unde excideris, et age penitenciam et prima opera fac», quia dicit Dominus *Ieremie VI*: »State³¹⁶ super vias et videte, et interrogate de semitis antiquis, que sit via bona, et ambulate in ea, et invenietis refrigerium animabus vestris. «
- 05 Et de istis semitis sacerdotum, quod Christi vita, sufficienter dicitur in ewangeliis *Mathei V, X* et in *Apostolo ad Thymotheum et ad Thytum*, ut eciam supradictum est ibi »unius³¹⁷ uxoris vir.«
- Quantum autem ad ius canonicum, humanum sive positivum, quis habeat dispensare cum symoniaco in ordine vel in beneficio, vide glossam
- 10 *magnam c. Quod / translacionem, Extra De renunciacione*,³¹⁸ et *De simonia*, C 121r
*Tanta*³¹⁹ et c. *penultimum*³²⁰ et *Boechium De temporibus ordinacionum super c. Consultacioni*, ubi dicit inter cetera, quod « cum³²¹ illo, qui est ductus ignorancia probabili et non supina, per discretum prelatum poterit dispensari. Quia et ordinati ab hereticis dispensative admittuntur
- 15 in ordinibus, ut *Extra De ordinatis ab episcopo*, qui resignavit episcopatu vel excomunicato, c. I et II. «
- De servitoribus autem symoniacorum vide *in Speculo / aureo, quod* 115r
» quando³²² notorium est per confessionem propriam in iudicio factam aut per sentenciam iudicis aut per evidenciam facti aliquem esse symoniacum, familiares illius, si impendunt ei suum servicium in hiis, que spectant ad huiusmodi tytulum per symoniam acquisitum, sive in spiritualibus, ut induendo eum pontificalibus, portando crucem aut curvaturam ante eum, et alia quecunque in ecclesia vel extra disponendo vel ministrando ut archiepiscopo vel episcopo, vel eciam in temporalibus,
- 25 ut procurando bona mense episcopalibus aut aliud quocunque officium vel servicium in sua curia exercendo, omnes tales peccant mortaliter, quia participant in crimen symonie criminoso; secus est, / si procurarent M 123r sibi sua bona patrimonialia vel in aliquo honesto servicio deservirent, quod non esset racione symoniaci tytuli. Si autem sunt extra suam
- 30 familiam et tales persone, quarum requiritur consilium aut auxilium active seu cooperative / ad aliquid faciendum, quod incunbit ratione C 121v huiusmodi beneficii sue tytuli, sicut sunt prelati et canonici ecclesie, et alii, quorum interdum requiritur consensus, interdum consilium. Et tales omnes, quociescunque dederint consilium vel auxilium, aut
- 35 talem pro episcopo, canonico aut prelato receperint, sive eciam ab eis illa, que ratione huiusmodi tytuli conferunt, / suscepserint, ut plebanias 115v et alia beneficia ecclesiastica, aut auctoritatem audiendi confessiones aut licenciam predicandi, sine dubio participes sunt symonie. «

05 quod: quia M – 06 in *Apostolo...* ibi: *ad Thymotheum et ad om. M: ad Thytum: ad om. U: supradictum est om. U – 08 positivum: positum UM – 10 Quod: Quoad M – 11 ordinacionum: ordinacionis C – 12 est ductus: est om. M – 14 dispensari: dispensare M – Quia: Et quia C – 15 in ordinibus: ab ordinibus C – 16 excommunicato: excommunicatu M: ex concor. C – 17 vide: dicitur CM – 19 facti; facto M – 22 in spiritualibus: in om. U – 23 curvaturam: creaturam M – 24 in temporalibus: in om. U – 25 ut: vel U – bona om. M – episcopalibus: archiepiscopalibus C: temporalis M – 28 sibi: isti U – deservirent: deservire C: om. M – 29 sunt extra: extra sunt M – 31 aliquid: aliquod UM – incunbit: cubit M – 32 et canonici: vel canonici U – 34 tales omnes: omnes om. U – quociescunque: quocienscunque UC – dederint: dederunt M – aut talem em. sec. *Speculum*: et talem UCM – 35 receperint: receperunt M – 36 conferunt: conferuntur *Speculum* – suscepserint: suscepserunt M – plebanias: plebanis M*

Et idem dicit de aliis inferioris status, si huiusmodi ab eis recipient, 01 et dicit, quod »iure³²³ canonico talis nunquam potest agere veram penitenciam pro peccatis, quamdiu non dimittit tytulum seu beneficium per symoniam acquisitum«, ut dicit Gregorius in Registro, et ponitur 1 q. 1: »Si³²⁴ quis neque sanctis pollens moribus vel neque a Deo populoque 05 vocatus vel pulsacione coactus impudenter Cristi sacerdotium iam quolibet facinore pollutus, iniusto cordis amore, sordidis precibus sive oris comitatu sive manuali servicio sive fraudulento munusculo episcopalem seu sacerdotalem, non lucro animarum, sed inanis glorie avaricia fultus, dignitatem acceperit, et in vita sua non sponte reliquerit, eumque 10 in aspera mors penitencia non invenerit, proculdubio in eternum peribit. « Hec ille.

C 122r »Nisi³²⁵ igitur primum venerit discessio: discedite, / servitores symoniacorum, vosque promotores ad hoc instate, si veram velitis agere penitenciam, ut huiusmodi removeantur et alii canonice et propter 15 115v Deum instituantur. / Vosque, sacerdotes et populi, discedite ab huiusmodi symoniacis episcopis, canonicis, plebanis, ceteris sacerdotibus.

Hic potes adducere *totum c. XVIII ex Apokalipsi et finem precedentis*, quomodo meretrix est nudata et Babilon cecidit, et quomodo fidelis populus fugere debet ab ea, et qui sunt dolentes de casu eius, scilicet 20 mercatores. *Item totum c. Ieremie LI; valde concordat et L ibidem*, quod eciam loquitur de casu et destruccióne Babilonis. *Et Ysaie X in fine dicitur*: »Ecce³²⁶ dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore et excelsi statura succidentur et sublimies humiliabuntur« etc. *Et Ysaie XXVII*: »Nunquid³²⁷ iuxta plagam percipientis se percussit 25 eos? Aut sicut occidit interfectores eius, sic occisus est?« etc. *Et Ysaie XXVIII*: »Et³²⁸ erit eis verbum Domini manda remanda« etc., usque ibi »et mendacio³²⁹ protecti sumus«. *Et Ysaie XXXIII in principio*: »Ve³³⁰ qui predaris, nonne et ipse predaberis?« etc. *Et Iob XX circa medium ibi* »iuxta³³¹ multitudinem adinvencionum suarum« etc. *Roma-* 30 *norum VI* »nam³³² finis illorum mors est« etc. *Et II Corinthiorum VI*: »Nolite³³³ iugum ducere cum infidelibus. Que enim participacio« etc.

116r usque ad finem. /

O Domine Deus, da videre renovacionem ecclesie tue sancte! Heu corde anxius qua voce ipse intonare debeam? Quis scribendi stilus, quis, 35

C 122v ve, modus eloquacie / explicare sufficiat »in³³⁴ cor hominis non ascendit « M 123v / tantam pestem mortificantem animas in populo cristiano gravissime sevientem. En scismata, en hereses et errores ubilibet infiniti, et heu, iam principes catholici seculares mutuis dissensionibus occupati, avaricia pregravati, luxuria excecati atque viciis aliis circumdati tantam cor- 40 rupcionem ecclesie Cristi non advertunt, sed nichilominus symoniacos,

02 et dicit: sed dicit M — veram om. U — 04 dicit: dicendo dicit M — 07 sive oris: sive om. Fr. — 09 avaricia: avaricia U — 10 reliquerit: relinquere M — 13 dis- cesso: dissensio M — 15 et propter: et om. C — 18 XVIII om. M — ex om. U — finem: fratrem M — 19 quomodo meretrix: quo meretrix U — est om. U — 23 confringet om. U — 24 succidentur: succindetur M: succidentur U — 25 Et Ysaie XXVII... occisus est om. C — Nunquid em. sec. Vulg.: nunquam UM — 27 eis om. U — 28 ibi et: ibi in M — 29 Et Iob... mors est om. M — 37 animas... sevientem om. M — 38 infiniti: infini M — et heu: et om. U — 39 dissensionibus: discessionibus M

01 hereticos avarosque sacerdotes Deo odibiles populo ipsisque inutiles protegunt, promovent, nonunquam et fovent. Tu ergo, Criste Iesu, vide afflictionem populi tui, quem redemisti sanguine tuo, propter nomen sanctum tuum in vitam eternam.

05 Et tantum de primo prime partis.

Dixi secundo, quod in debito modo querendi oportet attendere loci amenitatem, ut queras, ubi potest inveniri, quia ut iam dictum est, non invenitur in hereticis, symoniacis, fornicatoribus, usurariis, aliisque viciosis et malivolis, / »quia³³⁵ in malivolam animam non introibit 116r^b

10 sapiencia nec inhabitabit in corpore subditu peccatis« etc., *Sapiencie I.* Item non invenitur in lecto carnalis delectacionis, *Canticorum V* »in³³⁶ lectulo meo « (hoc est, cum adhuc in desideriis carnalibus requiescerem et cum adhuc in tenebris infidelitatis et ignorancie essem posita) »per³³⁶ noctem quesivi, quem diligit anima mea«. Noctes in proposito ignoran-15 ciam vel secularia negocia intellige, que animam obtenebrant. *Ideo sequitur* »quesivi³³⁶ illum, et non inveni«. Quomodo sponsum poterit invenire anima, que vel ingorat, vel secularibus occupatur negotiis? Igitur non invenitur in lecto molli et suavi sive in aliis mundi et carnis delectacionibus et vanitatibus. (Quantum ad litteram hic potes adducere, 20 que dicta sunt circa primam petitionem oracionis dominice de lecto et ornatu vestimentorum.)

Quantum autem ad spiritum adulacionis et dulcis sermonis, multi »querunt,³³⁷ sed non inveniunt«, ut *XLVI di.* »Sunt nonnulli,³³⁸ qui dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent, que increpare debuerant.^a 25 Hinc enim per prophetam dicitur: ,Ve, qui consuunt pulvillo sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite universe etatis.' Ad hoc quippe sub cubito pul/villus vel cervical sub capite iacentis ponitur, ut 116v^a molliter quiescat. Quique ergo male agentibus adulatur et pulvillum sub cubito vel cervical sub capite iacentis ponit, ut qui corripi ex culpa 30 debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. Hinc rursum scriptum est: ,Ipse edificabat parietem, illi autem liniebant eum.' Parietis quippe nomine peccati duricia designatur. Edificare ergo parietem est contra se quempiam obstacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, ut quod illi perverse agentes edificant, 35 ipsi adulantes quasi nitidum reddant. Sed sanctus vir sicut de bonis mala non estimat, ita iudicare bona de malis recusat, dicens: ,Absit a me hoc, ut iustos vos iudicem; donec deficiam, non recedam ab inno- cencia mea.' «*Hec ibi Gregorius in Moralibus.*

Ecce quomodo isti sutores nequam consuunt et a pavimento ecclesie 40 usque ad tectum / ornant, ut oculos inspiciencium et aures audiencium M 124r

05 In verbo partis textus C explicit — 09 animam om. M — 10 inhabitabit: ha- bitabit M — 12 desideriis: desideriis M — 19 litteram: litteras M — hic om. U — 20 de lecto: de lectu U — 22 ad spiritum adulacionis: ad spiritum in lectu adulacionis U — 25 dicitur om. U — 26 capite: cabite M — 28 quiescat: quiescatur Fr. — Quique: Quisquis Fr. — 29 sub cubito om. U — 30 in ea om. M — quiescat: requiescat U — 31 liniebant: leniebant U — 33 liniunt: leniunt U — 34 quod: quid M — 36 dicens om. M — 39 consuunt: consumunt M — pavimento: para- mento M — 40 tectum: tectam M

delectentur! Hii sunt »venditores³³⁹ olei« secundum Gregorium, scilicet 01 adulatores, qui propter favorem, graciam, peccuniam, utilitatem propriam aut timorem peccatoribus veritatem non dicunt nec eos corrigere volunt, sed plus eis applaudunt. Et sunt doctores, confessores, predicatores

116v^b applausivi, qui / sauciatis vulneribus peccatorum infundere deberent 05 vinum, mordens per correccionem, ne homines faciliter peccarent, et oleum liniens per venie consolacionem, ne desperarent. Sed vinum correccionis obmittunt et solum oleum adulacionis infundunt, per quod peccatores seducunt, ita quod »cecus³⁴⁰ ceco « etc. Fatui sunt ergo, qui tales eligunt confessores. *Unde Bonaventura:* »Mali³⁴¹ libenter audiunt, 10 cum in peccatis excusantur, quia invidus et iracundus libenter audiunt, cum dicitur eis ,ille te nimium lesit, non potes ei indulgere‘, superbus, cum dicitur ei ,nobilis vel dives es, non potes sic incedere vel alteri subesse‘, luxuriosus, cum dicitur ei ,iuvensis es, non potes continere‘, avarus, cum dicitur ei ,multos habes pueros sive familiam multam, et 15 mala sunt tempora — non potes carere — quin lucreris, sicut potes?‘, gulosus, cum dicitur ei ,si inebriaris, non est tibi inputandum, quia habes debile caput‘.« *Unde psalmista:* »Oleum³⁴² peccatoris non in pigiaret caput meum«, id est: adulacio non confortet me in malicia. Et de isto vide, ubi dictum est de usura et de quadruplici missione de doctoribus 20 Cristi et Anticristi.

117r^a O quam / multi hodie in huiusmodi lectis querunt intrare, confidentes tantum in eorum exterioribus exerciciis corporalibus, sicut in longis eorum ethnicis oracionibus, in missacionibus, in vigiliis, in tot vel tot requiem, indulgenciis fictisque fraternitatibus, luminibus, candelis 25 magnis, inclinacionibus coram picturis sive ymaginibus, aspersionibus, peregrinacionibus, campanis in pulsuque ipsarum, in festivitatibus suis et aliis suffragiis mendicatis, de quibus dicit *Matheus de Cracovia*,³⁴³ ut potes videre in Punctis, ubi dictum est de oracione.

Ideo dicit Sálvator *Luce XIII:* »Contendite³⁴⁴ intrare per angustam 30 portam«, non dixit »fiduciam habete in tot missas sive requiem sive indulgencias aut carrenas«. Ideo sequitur »quia³⁴⁴ multi, dico vobis, querunt intrare et non poterunt«, intellige quia male querunt et indebite, secundum quod dicit *Apostolus* »petitis³⁴⁵ et non accipitis, eoquod male petatis«. Sic dixit duabus filiis Zebedei: »Nescitis,³⁴⁶ quid petatis. 35 Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?« etc., *Mathei XX.* Sic dicit *Apostolus*, quod »corporalis³⁴⁷ exercitacio ad modicum, pietas autem ad omnia utilis est«.

117r^b Item non / invenitur in vico mundialis negociacionis, ut *Canticorum V* sequitur »surgam³⁴⁸ scilicet de statu corporis et carnalis delectacionis 40 » et³⁴⁸ circuibo civitatem per vicos et plateas«, hoc est per lata itineris huius seculi gradientes et voluptatibus suis deditos aspiciam, si forte in illis dilecti mei vestigia inveniam. Et sequitur: »Quesivi³⁴⁸ illum, et

02 favorem om. M — 04 applaudunt: applaudant U — 07 liniens: leniens U — 12 eis om. U — 13 alteri: aliter M — 15 dicitur ei: ei dicitur U — 25 fictisque: fictis quia M — 32 carrenas: canneas M — 33 intellige: integre U — male: mali M — 34 accipitis: accipietis M — 37 ad modicum: ad modicum valet M — 39 invenitur om. U — vico: fico M — 42 deditos: deditus M — 43 inveniam: inventiar U

01 non inveni.« / *Ambrosius De viduitate*: »Nequaquam³⁴⁹ ibi queramus M 124v
Cristum, ubi invenire non possumus. Non est Cristus circumforaneus.
Cristus enim pax est, in foro lites; Cristus iusticia est, in foro iniquitas;
Cristus operator, in foro oculum manet; Cristus caritas est, in foro
05 obrectacio; Cristus fides est, in foro fraus est ac perfidia.« Et de illo
vide, ubi dictum est de usuris in puncto de mercatoribus post
Crisostomum.

Sed nunquam in hiis, qui »dilatant³⁵⁰ phylateria sua et magnificant
fimbrias et amant primos recubitus in cenis et primas cathedras in
10 synagogis, et salutaciones in foro, et appellari ab hominibus Rabi«
invenitur Cristus. Respondit Salvator *Luce XII*: »Cavete³⁵¹ a scribis,
qui volunt in stolis ambulare et salutari in foro et in primis cathedris
sedere.« *Et Bernhardus in epistola*: »Falleris,³⁵² fili mi, falleris, si te putas
in/venire apud mundi magistros scienciam, quam soli Christi discipuli, 117v
15 id est mundi contemnentes, Dei munere assecuntur. Non enim hanc
leccio docet, sed unceo, non littera, sed spiritus, non erudicio, sed
exercitacio in mandatis Dei.« *Hec ille*. Sunt heu communiter infeliciores
»infelicibus³⁵³ Iudeis«, qui »Herodem³⁵⁴ docuerunt et se non docuerunt«,
ut dicit *Crisostomus Mathei II*, nostri autem legisperiti et scribe multi
20 cum hoc, quod se non docent nec alios docent nec docere permittunt,
nisi ad eorum voluntatem predicetur sive docetur.

Ideo dicit *Ieronimus in Omelia super Iohelem*: »Difficile³⁵⁴ homines
potentes, nobiles et divites et multo hiis difficilius eloquentes credunt
Deo; obsecratur enim cor eorum diviciis, opibus atque luxuria, et circum-
25 dati viciis non possunt videre virtutes sed nec audire veritatem simpli-
citatemque Scripture.« Ad hoc dicit Salvator *Iohannis V* »quomodo³⁵⁵
potestis vos credere, qui gloriam ab invicem recipitis, que a solo Deo
est, non queritis?« Quia secundum quod dicitur *Iohannis XII licet*
»ex³⁵⁶ principibus multi crediderunt in eum, tamen propter pharyseos
30 non confitebantur, ut de synagoga non eicerentur. Dixerunt enim
gloriam hominum magis quam gloriam Dei.« Propterea pa/rentes ceci 117v
nati dixerunt *Iohannis IX*: »Nos³⁵⁷ nescimus, quis oculos eius apperuit,
ipsum interrogate, quia timebant Iudeos. Iam enim conspiraverant
Iudei, ut si quis confiteretur eum Cristum, extra synagogam fieret.«
35 Ideo et Nicodemus »venit³⁵⁸ ad Iesum nocte«, ut *ibidem II*.

O quando³⁵⁹ docemus legem Iesu Christi, quando meditamur in ea,
non audeo dicere, ut *psalmista*. Die ac nocte, sed hora una diei sive
noctis resonant quidam legem in pallaciis magistrorum et in ore ipsorum
audiuntur tota die totoque tempore vite ipsorum, sed non Christi seu
40 Symonis Petri ceterorumque dyscipulorum, sed pocius Iustiniani,
Platonis et Aristotelis sive Ciceronis aliorumque gentilium, sive poetarum
tradiciones et fictiones, cum tamen dicat *Augustinus*: »Tanta³⁶⁰ est
cristianarum profunditas litterarum, ut in eis quotidie proficerem,

04 manet: inane *MPL* — 05 in foro fraus: infra in foro fraus *U* — perfidia: per-
fidia *UM* — 19 legisperiti: legisperite *M* — 21 voluntatem: utilitatem *M* —
24 cor: mens *M* — 25 videre: videri *M* — 27 ab invicem: ad invicem *M* — 32
quis: quia *U* — 37 diei sive noctis: die ac noctis *M* — 38 legem: leges *M* —
41 Aristotelis: Aristotilis *M* — sive poetarum: siveque poetarum *M* — 43 quotti-
die: cottidie *M* — proficerem: profiterent *U*

M 125r si eas solas a puericia usque ad decrepitam senectutem / maximo ocio, 01
summo studio, meliori ingenio conarer addiscere. « Sic dicitur *Iohannis*
III, quod » puteus³⁶¹ altus est ».

118r* O quam multi / student et vires consummunt in huiusmodi tradicionibus et pessimis ocupacionibus, quia »hanc³⁶² pessimam dedit Deus 05
filiis hominum ocupacionem, ut occupent se cum hiis, que sunt sub sole«, *Ecclesiastes I*, propter solum inane nomen acquirendum magisterii, doctoratus sive alterius secularis dignitatis nomen non fugientes cum Salvatore in montem, quando volebant »eum³⁶³ facere regem« *Iohannis VI*. (Hic nota de bestia plena nominibus blasphemie, hoc est plena 10 superbia et vana gloria, de qua in Apokalipsi.) Omne enim nomen quod sibi cristianus ex superbia nititur acquirere, ut per illud habeat gloriam in hoc mundo, est nomen blasphemie Iesu Cristi, et omnis cristianus, qui querit gloriam et laudem in hoc seculo, est plenus 15 blasphemia Christi. Nam »unus³⁶⁴ Dominus«, unus Doctor, unus Magister, 15
»unus³⁶⁴ Pater omnium«, *Mathei XXIII*: »Vos autem³⁶⁵ nolite vocari Rabbi«, et *Iacobi III* »nolite³⁶⁶ plures magistri fieri, fratres mei, scientes, quoniam mayrus iudicium sumitis«. »Omnis³⁶⁷ igitur, qui in terra gloriatur se esse ducem, principem, doctorem, magistrum, patrem, et inde nomen suum in terra / vocavit et dilatavit, hie blasphemavit Iesum Cristum et 20
contradicit Iesu Cristo, et hic est Anticeristi. Et ille, qui maxime est talis, pro tempore est maximus Anticeristus. « *Hec Parisiensis*.

De veris autem doctoribus dicit *Ieronimus in Omelia*: »Ille³⁶⁸ est doctor ecclesiasticus, qui lacrimas, non risum movet, qui arguit via, qui nullum beatum, nullum felicem esse dicit, qui non prevenit sentenciam 25 iudicis sui, « dicente *Scriptura* »ne³⁶⁹ laudes hominem in vita sua«, quia »ve³⁷⁰ hiis, qui dicunt malum bonum et bonum malum, dulce amarum« et econverso, non sanctum sanctum et econverso, ut *Ysaie V et XI q. III Si quis et c. Ve qui dicitis³⁷¹*, et *XXIII q. IIII Quisquis³⁷²*.

*Unde Danielis II dicit Lyra, quod statuam auream Nabuchodonosor, 30
hoc est »simulacionem,³⁷³ nequeunt indicare arioli, id est sacerdotes symoniaci, magi, id est phylosophi vani, malefici, id est iurisperiti, quia sua sciencia communiter utuntur ad malefaciendum. Sed Daniel, id est confidencia veritatis, Sydrach, id est continencia puritatis, Misach, id est constanca probitatis, Abdenago, id est conscientia parvitatis 35 seu humilitatis, merentur fictionem cognoscere ac eciā evitare.« Unde dicitur *XLVI di.*: Magister³⁷⁴ debet esse humilis et benignus*

118r* auditoribus et humiliiter docere non / cum austерitate et potencia, quia »asperitatis³⁷⁵ nimie increpacio nec correccionem recipit nec salutem«, ut *XLV di. Cum beatus, et* »nimia³⁷⁶ sevicia preceptoris culpe comparatur«. *Digesta, Ad legem Aquilis.* Preceptoris nec seviendi audacia debet concedi nec paterna disciplina obmitti, *XXIII q. V Circumcelliones*,³⁷⁷ quia »dum³⁷⁸ nimium servatur humilitas, regendi frangitur auctoritas«, *LXXXVI di. Necessitas*.

06 occupent: occupant M — 08 secularis om. U — 09 in montem: in desertum M — 11 superbia: superbie U — 12 quod om. M — 20 vocavit et dilatavit: vocabit et dilatabit M — blasphemavit: blasphemaviat M — 23 in Omelia: III Omelia M — 29 XI q. III: X q. III M — 33 quia: qui U — 39 asperitatis: austерitatius U — 41 Aquilis (*sic!*): Aquilium CIC

- 01 O quam multi eciā student non ad contempnendum et proiciendum
aurum, quemadmodum multi fecere phylosophi gentilesque pagani,
sed pocius / ad multiplicandum redditus beneficiorum, collegiaturarum M 125^v
ac proventus aliorum, non attendentes, quod dicit Bonaventura »ve³⁷⁹
05 illis, qui habent plura beneficia per vicarios distributa, ipsi tollunt
lanam, sed de ovibus nichil curant«. Et ideo verum erit illud, *quod
dicitur* »qui pluralis est in beneficiis, pluralis erit in tormentis«. Sed
dicunt: »Habeo dispensacionem.« Sed nunquam dispensari potest,
ut sis avarus, ut res ecclesie male expendas, ut accipias et non deservias.
10 *Item Gilbertus in quodam sermone de Sancto Martino inquit:* »Mayor³⁸⁰
perfidia est recipere stipendia et nolle militare Deo, quod accidit eis,
qui de stipendiis pauperum vivunt, qui simul et semel in diversis collegiis
militare volunt. Nam quomodo servis, qui simul et semel fide interposita
teneris interesse et diversis ecclesiis deservire? Aut si tibi parecitur?
15 Nescio, quomodo voluntas ultima testatoris servetur.« *Hec ille.*

O quam multi student, ut ornati, cappati, cucullati, variati, togati,
incrassati, inpingwati, dilatati incedant, et ita recalcitrantes derelin-
quentesque Deum factorem ipsorum recedunt a Deo salutari eorum!
Ideo dicit Bernhardus in epistola ad Eustachium: »Sunt³⁸¹ et alii — de mei
20 ordinis hominibus loquor — qui ideo ad presbiterium et dyaconatum
ambiant, ut mulieres licencius videant. Omnibus hiis cura de vestibus,
si bene oleant, si pes laxa pelle non folleat, crines calamistri vestigio
rotantur, digiti de annulis radiant, et ne plantas humidior via aspergat,
vix imprimunt sua vestigia. Tales cum videris sponsos magis quam clericos
25 dices.« *Et sequitur:* »Equi³⁸² per horarum momenta mutantur, tam
nitidi, / tam feroce, ut illum Tracie regis putas esse germanum.« 119^r
Hec ille.

O meretrix, circumdata auro, purpura et bisso et lapide precioso!
Quando hec Cristus docuit et apostoli suique sancti docuerunt? Non hec
30 via arta et angusta porta, ducens ad vitam, sed spaciosa et lata, per quam
multi ambulant ad dampnacionem.

Nec invenitur in turba | carinalis | congnicionis, || *Luce II*,³⁸³ sed
in templo, hoc est in area | spiritualis | devocationis. || Ideo dicit Sponsa
Canticorum ubi supra: »Invenerunt³⁸⁴ me vigiles, qui custodiunt civi-
35 tatem. Num. quem diligit anima mea, vidistis?« Vigiles interrogans cum
intenta aure predicacionem percipit. *Et sequitur:* »Cum³⁸⁴ pertransisset
eos paululum« (eorum dicta et doctrinam diligenter perscrutando)
»inveni,³⁸⁴ quem diligit anima mea.« Hoc est: cum intellexisse Cristum
omnem sublimitatem et graciam sanctorum superare, tunc vero intellexi,
40 quantum iste distat a sublimitate ceterorum sanctorum. »Tenui³⁸⁴
ergo eum« (hoc est ardentissima fidei devocione illi inhesi), »nec³⁸⁴
dimittam« (eum, sed in eius fide et devocione perseverabo). / 119^b

07 in beneficiis: in *om. M* — 11 Deo: de eo *M* — 15 testatoris: detestatoris *M* —
16cucullati: coculati *M* — 19 Eustachium: Eustachiam *M* — Sunt: Sed *U* —
20 ordinis: ordinibus *M* — presbiterium et dyaconatum: presbiterum et dyaco-
num *M* — 21 Omnibus: Omnis *MPL* — 22 folleat: fulgeat *M* — 23 radiant
radeant *M* — 26 Tracie: Tracee *M* — 28 auro, purpura: aura purpura *M* —
35 interrogans *em.:* interrogant *U: om. M* — 36 percipit: precipit *M* — 37 eos pau-
lulum: paululum eos *M* — 39 vero: vere *M*

Ecce ubi querendus est Cristus: scilicet ubi sunt vigiles, custodes 01
M 126r pastoresque civitatis, / qui secundum Bernhardum pascunt »exemplo³⁸⁵
conversacionis, verbo predicacionis, fructu oracionis« et ad mandatum
Cristi; non apud illos, qui seipsose pascunt nec abstinentes ab omni
munere, sed pro censibus et oblacionibus contendunt, inscribunt, 05
citant et excommunicant, et ita questum hypocritice querunt. Ideo dicit
Gregorius in Moralibus: »Ypocrita³⁸⁶ assumpto sancte conversacionis
habitu filiorum custodiam deserit et temporalia queque defendere eciam
in iurgiis querit.« *Unde Danielis XI*: »Impii³⁸⁷ in testamentum simula-
bunt fraudulentem,« et »docti³⁸⁸ in populo docebunt plurimos«. Et 10
sequitur: »Et³⁸⁹ applicabuntur eis plurimi fraudulentem.« Et de isto
magis infra docetur.

Et tantum de secundo prime partis.

Dixi 3°, quod in debito modo querendi oportet attendere modi
congruitatem, ut queras, quomodo potest inveniri. De quo dicit Iohannes: 15
»Qui³⁹⁰ dicit se in Christo manere, debet, sicut et ipse ambulavit, ambu-
lare.« Et iterum: »Qui³⁹¹ michi ministrat, me sequatur.« Ideo dicit
Bernardus in persona Christi: »In³⁹² vita mea poteris cognoscere vitam
tuam, ut sicut ego paupertatis, humilitatis, caritatis, castitatis, pacientie
119v et obediencie indeclinabiles semitas tenui, ita / et tu eisdem incedas, 20
non declinans ad dexteram neque ad sinistram.«

Ecce primum ponit modum paupertatis. Ideo sermonem suum
in monte incepit a paupertate, dicens *Mathei V* »beati³⁹³ pauperes
spiritu« etc. Hoc precipiens apostolis suis, inquit *Mathei X*: »Nolite³⁹⁴
possidere aurum nec argentum « etc., ut ibi numerat VIII, per que indubie 25
intelliguntur prohiberi omnibus sacerdotibus Christi sub pena peccati
mortalis, quod ipsi afferant sive possideant quidquam temporalium,
quod retardaret eorum officium in quantum tales. Unde providens
de necessariis vite eorum subdit: »Dignus³⁹⁵ est operarius cibo suo.«
Item licenciat ac precipit, quod sint »edentes³⁹⁶ et bibentes, que apud 30
illos sunt « *Luce X*.

Et licet temporalia provocativa sint ad spiritualia sicut spiritus carni
naturaliter copulatur, Deus tamen prohibuit temporalia adiungi spiri-
tualibus in apostolis, quia Deus voluit ecclesiam suam regi per spirituales
prelatos et temporalium contemptores. Nam qui vult sibi cavere de 35
muscis, caveat sibi a lacte et melle, que inclinacius musce amant. Pre-
videbat enim Christus, quod amatores temporalium auferrent ei animas,
119v et spiritualibus officiis temporalia lucra connecterent. 2a/similitudo
Parisiensis est, quod volens aliquid dilacerari a canibus ipsum involvat
in carnem, et canes ex appetitu ad ipsum lacerabunt tam carnes quam 40

03 verbo: verbum *M* — 06 et excommunicant: et *om.* *M* — 07 assumpto: assumpta
U — 09 in iurgiis: in *om.* *M* — *Danielis XI*: *Danielis VI U* — in testamentum:
inceustum *U* — 14 quod *om.* *U* — 15 quomodo: quo *U* — *Iohannes*: *Iohannis*
U — 20 eisdem: eiusdem *U* — 23 *Mathei V om.* *U* — 25 indubie: indebito *M* —
26 prohibeti: prohibere *M* — 27 afferant: offerant *U* — quidquam: quicquam *M* —
30 apud illos: apud eos *M* — 32 seqq. cf. *Puneta*, cod. Bibl. Univ. Prag. IV G 15, I.
6v^{a-b} — 38 temporalia: corporalia *U* — 2^a: 2^o *U*

01 eciam involutum. Sic est eciam de canibus dyaboli: quando temporalia sunt spiritualibus convoluta, inde est, quod huiusmodi pedes Anticristi amantes dulcia, scilicet temporalia, dum eis predicatur sive proponitur de non possidere et de ewangelica paupertate, propter os illud, quod 05 rodunt, socium eorum ipsis prius dilectum odiunt.

Versus: »Dum³⁹⁷ canis os rodit, socium, quem diligit, odit.«

Pro pleniori igitur / intellectu istius materie, quia avaris est valde M 126v iudiculosa, ut dicitur *Luce XVI*, cum dixisset Dominus « non potestis³⁹⁸ Deo servire et mammone, audiebant omnia hec pharisey, qui erant 10 avari, et deridebant illum», et divitibus valde tristis, *ut Mathei XIX*, »cum³⁹⁹ audisset adolescens verba hec, abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones», et *Luce XVIII* »hiis⁴⁰⁰ ille auditis contrastatus est», et *Marci X* qui »contristatus⁴⁰¹ in verbo, abiit merens».

Pro notato volo habere primo, quid sit possessio / secundum iura, 120r 15 semper tamen paratus ad melius informandum. Unde potest sic notificari: possessio, scilicet civilis, est corporalis rei detencio corporis et animi iurisque aminiculo concurrente, ex qua possidens potest rei vendicacionem intemptare racione detemptacionis rei, quia est vel esse incipit apud alienum. Et ex isto de facili potest haberi notificacio illius, 20 quod est possidere, mutatis abstractis in concreta.

Dicitur primo »possessio, scilicet civilis« (hoc est iuris), quia aliter esset dicendum de possessione naturali, que tantum in facto consistit. Eciā de possessione ewangelica aliter est dicendum, ut infra patebit. Dicitur »rei corporalis«, quia sola corporalia proprie possidentur. Unde 25 dicta est »possessio⁴⁰² quasi pedum posicio«. »Incorporalia⁴⁰² vero, ut iurisdiccio«, ius patronatus, »servitutes,⁴⁰² non possidentur proprie, quia non possunt corporaliter apprehendi«, sed quasi possidentur, ut *Extra De foro competenti, Conquestus, in glossa*. Et ideo in illis dicitur »quasi possessio«.

30 Dicitur »corporis«, quia necesse est, ut quis corpore vel saltem oculis adipiscatur. »Quandoque⁴⁰³ enim est possessio, que habet plurimum iuris et minimum facti, ut si acquiritur michi possessio per / servum 120r vel per eum, quem habeo in potestate, et tunc ignorantis acquiritur possessio; aliquando habet multum iuris et facti, cum acquiritur per procuratorem; quandoque habet parum iuris et plurimum facti, ut que corpore nostro acquiritur: quia ibi animus noster necessarius est et sine corporali actu non procedit, et tunc usucatio non procedit sine corporali possessione, licet in retinendo plurimum iuris est, quoniam solo animo retinetur.« Hec prosequere *Extra De concessione prebende, Cum nostris*, 40 *in glossa*.

Unde dicitur consequenter »animi«, quia possessio eciam solo animo proditur; dicitur »iuris aminiculo«, quia oportet quod fit secundum

06 versus in utroque codice designantur — 07 intellectu *om.* M — 10 illum: illud U — 11 audisset: dixisset M — 18 contrastatus: contrastatus est U — 14 secundum iura *om.* U — 18 vendicacionem: vendicionem U — rei *om.* U — esse incipit: incipit esse M — 20 possidere: possideri M — 28 foro: voro U — 32 per servum: per bis U — 34 possessio... acquiritur *om.* M — 37 non procedit: nec procedit M — 38 animo: anima U — 39 Hec: Hoc M — 42 proditur: perditur U

iura constituta; dicitur »intemtare rei vendicacionem,« hoc est accionem 01 proponere coram iudice in iudicio contencioso super re ista ablata seu auferenda, et sic sibi eam econverso vendicat, eam ut uti possideat, ut *Digesta, De rei vendicacione, Officium*,⁴⁰⁴ et *Extra De causa possessionis, Pastoralis*,⁴⁰⁵ ex quibus patet, quod tali modo civili possidere non licet 05 clericis nec dominia talia habere. *Ideo Luce XXII*, dum »facta⁴⁰⁶ esset contencio inter dyscipulos, quis eorum videretur esse mayor, dixit 120v^a Iesus: reges gencium dominantur eorum «, / et sequitur »vos⁴⁰⁷ autem non sic«.

Ad idem *XI q. III Ira*, ubi dicit Ambrosius: »Dominus⁴⁰⁸ Iesus, 10 mittens ad ewangelizandum dyscipulos, misit eos sine auro, sine argento, sine virga, ut incentiva litis et instrumenta eriperet ulcionis. « Item M 127r *Augustinus*, et ponitur *VIII di.*: »Quo⁴⁰⁹ iure defendis / villas ecclesie, divino an humano? « *Et sequitur*: »Iure⁴⁰⁹ humano dicitur: hec villa mea est, hec domus mea est, hic servus meus est.« *Et sequitur*: »Noli⁴⁰⁹ ergo 15 dicere: quid michi et regi? Quid ergo tibi et possessioni? Per iura regum possidentur possessiones. Dixisti: Quid michi et regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ipsa iura renunciasti humana, quibus possidentur possessiones. « *Hec ibi*.

Et ideo dicitur *XXIII q. VIII § Hiis auctoritatibus, et c. Si mortem*, 20 quod duplices sunt episcopi: quidam, »qui⁴¹⁰ predia, villas, castella et civitates possident, ex quibus Cesari debent tributa, quibus a Domino dicitur: ,Reddite, que sunt Cesaris, Cesari', et Apostolus: ,Reddite omnibus debita; cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal'.« Alii 120v^b sunt episcopi, »ipsum⁴¹⁰ solum Deum in hereditatem accipientes, 25 dicentesque 'Dominus pars hereditatis mee'. Hiis nichil est commune cum principibus seculi, quia temporalia penitus abiciunt, ne eorum occasione legibus imperatorum obnoxii teneantur. Talibus nulla occasio relinquitur occupationis secularis milicie, ita ut dicere valeant: 'venit princeps mundi huius et in nobis non habet quidquam'.« Et illis dictum 30 est cum Petro, »qui⁴¹¹ enim a Domino electus materialem gladium exerceret, ut Magistrum a Iudeorum iniuria defensaret, audivit: ,Converte gladium tuum in vagina. Omnis enim, qui gladium acceperit, gladio peribit', ac si apperte diceretur: Hactenus tibi tuisque predecessoribus inimicos Dei corporali gladio licuit perseQUI; deinceps in exemplum 35 pacientie gladium tuum, id est tibi hactenus concessum, in vaginam converte, et spiritualem tantum gladium, quod est verbum Dei, in mactacione veteris vite exerceas.« *Unde Ambrosius*: »Arma⁴¹² episcopi

01 intemtare: intencione M — vendicacionem: vendicionem U — 03 auferenda: afferenda U — eam ut uti: eam om. M — 05 civili om. M — possidere: possideri M — 06 nec dominia: non dominia U — 12 incentiva: intentam M — eriperet ulcionis: ulcionis ariperent M — 14 divino: divo U — hec villa: hoc villa M — 15 hec domus mea est om. M — Noli: Nolite U — ergo dicere: dicere ergo M: ergo om. Fr. — 16 Quid ergo tibi: Quid tibi ergo Fr.: Quid michi M — regum: rei M — 17 possidentur possessionem. sec. Fr.: possidentur possessionis M: possidentur et possessiones U — 20 q. VIII:q. III M — Si mortem: Si in morte Fr. — 25 accipientes, dicentesque: accipientesque U — 27 temporalia: secularia M — 29 relinquitur: reliquitur M — 33 vagina: vaginam Vulg. Fr. — 35 in exemplum: et exemplum M — 36 tuum om. M — 38 Ambrosius om. M

01 lacrime sunt et oraciones. « Quamvis omnibus generaliter dicatur, specialiter tamen prelatis dictum intelligitur.

Et sic et isto modo non poscidere idem est, quod relinquere omnia. **121r**
Secundum hoc dicit *glossa ordinaria Luce XIIII super isto* » nisi quis
05 renunciaverit « etc., quod relinquere convenit tantum illis, » qui⁴¹³ omnia
temporalia postponunt et solis eternis inhyant ». Sic dicere oportet
apostolicos et ewangelicos sacerdotes cum Petro » ecce⁴¹⁴ nos reliquimus
omnia et secuti sumus te ». Non vult enim Dominus habere sacerdotes
proprietarios sive locum apostolorum tenentes. Unde cum adolescens
10 dixisset »omnia⁴¹⁵ hec custodivi a iuventute mea», non illico ayt Jesus
»veni,⁴¹⁵ sequere me», sed adiunxit adhuc »unum⁴¹⁶ tibi deest: vade et
vende « etc., et sequitur »et veni,⁴¹⁶ sequere me», quasi diceret: tunc es
a principio aptus ad apostolatum sive ad sequendum me in sacerdocio
legis gracie. Et pulchre declarat hoc *Origenes Omelia VI in Genesim*,
15 ponens differentiam inter sacerdotes pharaonis et Cristi, dicens inter
cetera: »Negat Cristus⁴¹⁷ suum esse dyscipulum, quem viderit aliquid
possidentem.« Cetera et aliorum sanctorum dicta de ista materia vide
in actu Magistri Iacobi, quem fecit super isto articulo »Utrum / decime **M 127v**
sunt pure elemosine«.⁴¹⁸

20 Ad idem ponitur *VIII q. 1 Si ergo:* »Propinquis⁴¹⁹ agrorum et prediorum
relinquatur/hereditas, gubernacio populi illi tradatur, quem Deus eligit. **121r**
Homini scilicet tali, qui habet (sicut scriptum audistis) in semetipso
Spiritum Dei et precepta Dei in conspectu eius sunt, et qui Myosi valde
notus et familiaris sit, id est in quo sit claritas eius legis et sciencia,
25 ut possint eum audire filii Israel.« »Requiritur⁴²⁰« igitur *secundum*
Ieronimum ibi in c. Licet »in⁴²⁰ ordinando sacerdote eciam populi
sentencia, ut sciant omnes et certi sint, quia qui prestancior, qui sanccior,
qui in omni virtute eminencior, ille eligitur ad sacerdotium et hoc
attestante populo«, et cetera plura ibidem de ista materia.

30 *Unde Ieronimus interlinealiter super isto* »nolite possidere« etc., conti-
nuando ad precedencia dicit: »Quia⁴²¹ alias ad contemptum diviciarum
hortamini.« Nolite⁴²² possidere aurum « etc., ubi dicit Lyra: »Predicator⁴²³
enim verbi divini debet esse absolutus a sollicitudine temporali. Tempor-
alia enim in sui acquisitione molestant animam et adhuc plus in sui
35 possessione. Et quia sunt quasi membra incorporata ipsi corpori habenti,
et ideo magis trahunt mentem hominis ad inordinatam dilectionem sui,
et quia hoc suffocat verbum Dei, ideo non debet esse in predictoribus
ewangelii.«

2^a racio secundum eudem, quia si hec haberent, scilicet aurum et
40 argentum etc., viderentur non causa salutis predicare, sed lucri. Et sic
patet, quomodo exponit non / possidere pro non habere sive relinquere. **121v**

03 sic et om. M — idem est: id est M — 04 Luce XIII: Luce XXIIII U —
06 eternis: terrenis M — 07 reliquimus: relinquimus M — 11 vade et vende etc.:
vade et vende omnia que habes etc. M — 12 veni, sequere: veni et sequere
U — quasi... sequendum me om. U — 14 Et pulchre: Ut pulchre U — Origenes:
Gregorius U — 16 Cristus: Cristum M — 21 quem Deus... tali om. U — 26 in
ordinando: in om. U — 27 certi sint: ceteri sint M — 30 nolite possidere... hortamini
om. U — 33 sollicitudine: solitudine M — 35 quasi membra... habenti: membra
et corpora ipsi corpori habenti M: iam quasi membra incorporata ipsi habenti
Lyra — 39 hec haberent: hoc haberent M

Unde dicit *Bernhardus De contemptu mundi*: »Ecce⁴²⁴ nos reliquimus 01 omnia! — Bene, optime, et non ad insipienciam tibi. Nam mundus transit et concupiscentia eius. Et relinquere hec magis expedit quam ab eis relinquiri. Idem: „Et secuti sumus te.“ — Nimirum, quia „exultavit ut gigas ad occurendam viam,“ nec currentem poteris sequi oneratus. 05 Nec utilis conmutatio pro eo, qui super omnia est, omnia reliquisse. Omnia, si sane dixerim, non tantum possessiones, sed cupiditates, et eas maxime.« *Unde Gregorius*: »Quando⁴²⁵ ad fidei agonem venimus, luctamen contra malignos spiritus sumimus; maligni autem spiritus nudi sunt, quia nichil in mundo proprium possident. Nudi ergo cum 10 nudis luctari debemus; vestitus quis cum nudo luctetur, cicius ad terram deicitur, quia habet, unde teneatur.« *Item Augustinus De ecclesiasticis dogmatibus*: »Bonum⁴²⁶ est facultates cum dispensacione pauperibus errogare. Melius pro intencione sequendi Dominum insimul donare et absolutum egere cum Christo.« *Item Gregorius*: »Cum⁴²⁷ deesset terrena 15 substancia, de qua eterno iudici rationem poneremus, uberior ad patriam tendimus, quia quasi in via pondere caremus.« *Item Bernhardus*:

121v^b »Quidnisi⁴²⁸ / periclitatur castitas in deliciis, humilitas in diviciis, pietas in negociis, veritas in multiloquio, caritas in hoc nequam seculo? Fugite M 128r de medio Babilonis, fugite, salvate / animas vestras!« *Item Ysidorus*: 20 »Semper⁴²⁹ interna quiete frueris, si te a strepitu terrenarum accionum substraxeris.«

Sed diceres, tu dotatus sacerdos et possessionarius: »Grave est relinquere omnia. Durus⁴³⁰ est hic sermo, quis potest eum audire?« *Respondit Bernhardus*: »Nichil⁴³¹ creditibus impossibile, nichil amantibus difficile, nichil asperum mitibus, nichil humilibus arduum reperitur, quibus et 25 gracia confert auxilium et obedienti devocio lenit imperium.«

Aliomodo non possidere, id est renunciare, quod (*secundum glossam ordinariam ubi supra*) convenit omnibus, qui »ita⁴³² licite utuntur mundanis, que possident, ut tamen mente tendant ad eterna.« Et sic 30 patet, que sit differencia inter relinquere et renunciare, et quomodo intelligendum sit illud »nolite⁴³³ possidere « et iterum »nisi⁴³⁴ quis renunciaverit omnibus, que possidet « etc. *Ideo Luce XVIII* »Iesus⁴³⁵ videns 122r^a adolescentem tristem factum, dixit: quam / difficile, qui peccunias habent, in regnum Dei intrabunt«, et *Marci X exponens illud dixit*: 35 »Filioli,⁴³⁶ quam difficile est confidentes in peccuniam regnum Dei introire.« *Ideo dicit Ieronimus De norma vivendi*: »Si⁴³⁷ quis vere christianus est, si quis diligit Cristum et specialiter sacerdos et monachus, non solum renunciat omnibus, que possidet, sed eciam seipsum abnegat.« 40 »Imitatores⁴³⁸ estote paupertatis Christi, ut sequamini vestigia eius, qui, cum

01 reliquimus: relinquimus M — 03 hec: et U — 06 commutatio: comunicacio M — reliquisse: relinquisse M — omnia reliquisse: omnia om. U — 09 sumimus: sum U — 11 vestitus: nam vestitus M: si vestitus MPL — quis: quisquis M: quisquam MPL — 12 deicitur: derigitur U — 15 terrena: terra U — 16 poneremus: ponemus U — 20 Ysidorus: Ysodorus M — 21 Semper: Super U — interna: eterna M — accionum: saccione M — 26 asperum: asperius M — humilibus bis M — reperitur om. U — 28 non possidere: quomodo possidere U — 29 qui... licite... tamen em. sec. *Glossam*: quia... lucte... cum U M — 34 dixit om. M — 35 habent: habet M — intrabunt... regnum Dei om. M — 39 renunciat: renuncient U

01 in forma Dei esset portans omnia verbo virtutis sue, in cuius domo sunt
divicie et gloria, semetipsum exinanivit formam servi accipiens. Pauper
et inops natus est, pauper et plus quam inops fuit, quousque vixit,
pauperrime mortuus est et sepultus. Unde inquit 'vulpes soveas
05 habent' «etc. Et Bernhardus inquit: »Lege⁴³⁹ vitam Cristi ab utero matris
usque ad patibulum crucis, et non invenies nisi stigmata paupertatis.«
Et sequitur secundum Ieronimum ibidem: »Si⁴⁴⁰ Cristum Deum creditis,
non posse falli credite; alioquin non esset Deus. Et si ipsum non posse
falli creditis, ipsum sequamini. Impossibile / est diviciis affluere et 122r^b
10 Cristum sequi. Natura denegat, ut contraria misceantur. Non possumus
Deo servire et mammone«. »Et^{440a} si alio posset iri tramite, in toto mendax
fieret Deus.«. Idem: »Non⁴⁴¹ vestimentis et ordine solum quis est sacerdos
et monachus, sed vita. Ecce monachis undique fervet mundus et sacer-
dotibus, et tamen perrarissimi sunt sacerdotes et monachi, quia vix
15 de centum unus reperitur. Nulla certe in mundo tam crudelis bestia est
quam malus sacerdos sive monachus, nam corrigi non patitur nec
veritatem unquam audire potest. Et ut breviter dicam, omni pereminent
malicia. Heu quantum in quibusdam spiritualibus habitu et nomine
crevit avaricia sive cupiditas, quod certe sunt lupi rapaces in vestimentis
20 ovium. Ubi sacerdos vel monachus cupidus est et sine misericordia,
ab eo plus quam a serpente fuge. Nam iste tantum ultra necessitatem
retinet, quo centum viverent, qui fame pereunt.« Hec Ieronimus.
Versus: »Dum⁴⁴² surgunt miseri, miseris nolunt misereri.«
Et de ista materia vide plenius / in Punctis post materiam de sacerdo- M 128v
25 tibus Beel.

Unde Crisostomus / super Iohannem: »Qui⁴⁴³ peccuniarum concupis- 122v^a
cenciam deserunt, hii maxime sunt, qui Deum ut oportet diligunt.«
Bernhardus: »Si⁴⁴⁴ sapis, si habes cor, si tecum est lumen oculorum
tuorum, desine iam et ea sequi, que et consequi miserum est. Beatus,
30 qui post illa non abiit, que possessa onerant, amata inquinant, amissa
cruciant.« Idem in epistola: »Voci⁴⁴⁵ Dei tui dulciori super mel et favum
si preparas aurem interiorem, fuge curam exteriorem, ut expedito et
vacante interno sensu dicas quoque tu cum Samuele loquere, Domine,
quia audit servus tuus'.« Crisostomus super Mattheum: »Sicut⁴⁴⁶ difficile
35 est arborem iuxta viam positam fructus suos usque ad maturitatem
servare, sic difficile est virum fidelem iuxta istum mundum viventem,
id est in actibus eius, iusticiam inmaculatam usque ad finem tenere.
Recede de via et plantare in loco secreto, ut nec mundus tecum habeat
commune aliquid nec tu cum mundo.« Bernhardus super Cantica: »Solus⁴⁴⁷
40 es, si non omnia cogites, si non affectes presencia, si despicias quod
multi suscipiunt, si fastidias quod omnes desiderant, si iurgia de/vites, 122v^b
si dampna non sencias, si non recorderis iniuriarum, alioquin, nec, si

03 inops fuit: fuit om. M — 07 Cristum Deum: Deum om. M — 08 Et om. U —
09 diviciis: deliciae M — 11 posset om. M — 12 est sacerdos: est om. M: sacerdos
bis U — 19 certe: certi M — lupi bis U — 20 vel: ut U — 22 pereunt: periunt M —
23 versus in U tantum designantur — 24 plenius: melius M — 25 Beel: vel M —
29 que om. U — 30 abiit: habuit M — onerant: honerant M — 32 curam: tuam M —
36 sic: sicut U — 37 usque: qui usque M — tenere: timere M — 39 Cantica:
canonica U — Solus: Salus U — 40 affectes: afferes U — 41 devites: devides M

solus corpore es, solus es. « *Augustinus De verbis Domini:* » Ecce⁴⁴⁸ recole, 01
dives, primordia tua! Dic, rogo, quid attuleris, audi Apostolum: ,Nichil’,
inquit, ,intulimus in hunc mundum’ quando nati sumus, sed ,nec auferre
quid possumus’, utique quando de mundo exhibimus. Nichil attulisti,
nil auferres. Quid te inflas contra pauperem? Certe quando aliquo casu 05
vetera sepulcra franguntur, ossa divitium non agnoscantur. « *Ambrosius:*
» Audi,⁴⁴⁹ nudi omnes nascimur, nudi morimur. Nulla discrecio inter
cadavera mortuorum, nisi forte quod gravius fetent divitium corpora
distenta luxuria. « *Augustinus De civitate Dei:* » Temporalibus⁴⁵⁰ magis
utendum est quam fruendum, ut frui mereamur eternis. Non sicut 10
perversi, qui frui volunt nummo, uti autem Deo; qui non nummum
propter Deum inpendunt, sed Deum propter nummum colunt.«

Et tantum de possessione laycorum et consequenter quomodo non
licet possidere predicatoribus ewangelii. Sequitur iam de alia possessione.

Aliomodo per oppositum possidere est omnia temporalia dimittere 15
128r^a et illi soli vivere, qui omnium possessori / est et cui sunt omnia subiecta,
scilicet Cristo Iesu, quem cum habuerint, reputant se omnia cum illo
possidere. *Ad istum sensum exponit Lira illud II Corinthiorum VI*
»tanquam nichil habentes et omnia possidentes«, dicens: » ,Nichil⁴⁶¹
habentes’, nam apostoli omnia temporalia propter Cristum dimiserunt. 20
Mathei XIX: ,Ecce nos reliquimus omnia et secuti’ etc. Et ,omnia
possidentes’, quia vivebant Cristo et non sibi ipsis. Omnia autem erant
Cristo subiecta Mathei ultimo: ,Data est michi omnis potestas’, propter
M 129r quod / apostoli reputabant omnia subiecta sibi.« *Hec ille.*

Et sic dyscipuli Cristique sacerdotes possident. *Ambrosius De virginitate:* 25
» Omnia⁴⁵² nobis Cristus. Si vulnus curare desideras, medicus est;
si febribus estuas, fons est; si gravaris iniquitate, iusticia est; si auxilio
indiges, virtus est; si celum desideras, via est; si tenebras fugis, lux
est; si cibum queris, alimentum est. ,Gustate igitur et videte, quoniam
Dominus suavis est.’« *Idem De vera religione:* » Nullum⁴⁵³ peccatum 30
committi potest, nisi cum appetuntur ea, que Cristus contempsit, aut
128r^b fugiuntur, que ille sustinuit. / Tota itaque vita eius in terris per hominem,
quem suscipere dignatus est, disciplina morum fuit.« *Idem:* » Omnia⁴⁵⁴
bona terrena contempsit homo factus Dominus Iesus, ut contempnenda
monstraret; et omnia terrena mala sustinuit, que sustinenda precipiebat, 35
ut neque quereretur in illis felicitas, neque in ipsis infelicitas timeretur.«
Et sic possidentes Cristum omnia possident, quia venerunt michi
pariter cum illo omnia bona.

Aliomodo possidere, id est potestatem habere de ewangelio et altari
vivere; et secundum quod dicit Prosper I q. II Sacerdos, »de⁴⁵⁵ ewangelio 40

01 solus es: solus est M — 02 attuleris: autem U — audi... quando, om. U —
05 auferres: auferas U — 15 per oppositum: propter oppositum M — omnia tempo-
ralia... possessori est bis U — 16 soli: solum M — possessori est: est om. M —
19 habentes... possidentes... habentes: habens... possidens... habens M —
21 reliquimus: relinquimus M — secuti etc.: sumus te secuti M — 26 curare om.
M — desideras: desideres U — 31 nisi cum: non cum M — 32 fugiuntur que: fugi-
natur ea, que M — 36 in illis: in bis U — infelicitas: felicitas U — 37 Cristum...
possident om. U — 38 pariter cum illo omnia bona: pariter omnia bona cum
illo M — 40 de ewangelio om. U

- 01 vivunt, qui nichil habere proprium volunt, qui nec habent nec habere aliquid concupiscunt, non suorum, sed sunt omnium possessores. Quid est aliud de ewangelio vivere, nisi laborantem inde, ubi laborat, necessaria vite percipere? « Quia secundum quod dicit *Ieronimus XVI q. 1 apostolicis*⁴⁵⁶ viris et ewangelizatoribus Cristi in necessariis nolle tribuere se ipsum condempnare est ». Ad hoc *XIII q. 1 § »item*⁴⁵⁷ *Dominus* precepit dyscipulis, ut conmederent et biberent ea, que apud auditores suos erant, sed non iussit eis, ut dominos de domibus suis eicerent / et rebus 128v* suis expoliarent. Non facile invenies, qui tales hospites libenter suscipiat.
- 10 Mus in pera, ignis in synu, serpens in gremio male suos remunerant hospites. « Ideo *XLIVII di. § In quibus dicitur*: sacerdos itaque »^{de}⁴⁵⁸ altario vivere, non luxuriari « querat. Unde ayt *Ieronimus*: »Tibi,⁴⁵⁹ o sacerdos, de altario vivere, non luxuriari, permittitur. « Dicit *glossa super illo verbo vivere*: »Sufficere⁴⁶⁰ debet ergo clero, quod vivat,
- 15 id est sola necessaria habeat; et artatur illa necessitas tantum ad victimum et vestitum, ut *XII q. 1 Episcopus*. « Unde dicit *Bernhardus in epistola*: »Quidquid⁴⁶¹ preter necessarium victimum ac simplicem vestitum de altario retines, tuum non est; rapina est, sacrilegium est.« *Idem*: »Conceditur⁴⁶² tibi, ut, si bene deservis, de altario vivas; non autem, ut de altario luxurieris, ut de altario superbias, ut inde compares tibi frena aurea, sellas depictas, calcaria deaurata, varia griseaque pellicea.« *Hec ille*.
- Ideo *Bernhardus dicit ad Eugenium papam*: »Ve⁴⁶³, ve, in domo Dei horrendum videmus, quod in / ydolatras ministrantes. Mencior, si non M 129v 25 ydolorum servitus / avaricia est, si non eciam quibusdam venter suus 128v^b factus est deus. Quid enim quis pre ceteris colit, id sibi deum constituisse probatur.« Unde dicit *Gregorius VII. in c. Pervenit 1 q. III*: »Pervenit⁴⁶⁴ ad nos fama sinistra, quod quidam episcoporum non sacerdotibus proprie dyocesis decimas atque cristianorum oblaciones conferant,
- 30 sed pocius laycalibus personis, militum videlicet sive servitorum, vel (quod gravius est) consanguineis. Unde si quis ammodo episcopus inventus fuerit huius divini precepti transgressor, inter maximos hereticos et anticristos non minimus habeatur, et, sicut Nicena synodus de symniacis censuit, et qui dat episcopus, et qui recipiunt ab eo layci, sive 35 precio, sive beneficio eterni incendii ignibus deputentur.« *Hec ille*.
- Et quia isti sunt, ut patet, maximi anticristi et heretici et per consequens nichil possunt proprii possidere, ut *XXIII q. VII c. II et III*⁴⁶⁵ quasi ad unam magnam columpnam, et ideo domini⁴⁶⁶ temporales iuste et catholice auferant et auferrent ab huiusmodi anticristis et maximis 40 hereticis possessiones / temporales et in usus pauperum et defensionem 124r*

05 in necessariis: et in necessariis *U* — nolle: ulle *M* — 11 de altario: de altari *U* — 13 luxuriari: luxuriare *M* — 14 quod vivat: quo vivat *Fr.* — 17 simplicem om. *U* — 20 luxurieris: luxuries *U* — 21 pellicea: pellicia *M* — 23 Bernhardus dicit: dicit Bernhardus *M* — 24 in ydolatras: michi adulatras *M* — Mencior: menciar *M* — 29 conferant: conparant *M* — 32 precepti: mandati *U* — inter... anticristos: inter maximo et Anticristus *M* — 33 et, sicut: et om. *M* — 36 maximi: maxime *U* — 39 auferant: auferunt *M*

legis Dei converterent. Nec potest hereticus de iure petere restitucionem 10 aliquorum ex eo, quod nichil potest possidere, ut *XIIII q. 1 in summa*.⁴⁶⁷

O Domine Deus, putasne videbo, putasne durabo, putasne inveniet me illa benedicta hora, in qua sic meretrix apocaliptica denudaretur et carnes eius igne tribulacionis concremarentur! Spero videre bona 05 Domini, ut det in cordibus eorum, quod faciant, quod illi placitum fuerit!

Et tantum de possidere et non possidere pro presenti, semper tamen paratus melius informari a quounque.

Et quia parum est ad salutem relinquere exteriora illa, que possidemus, 10 nisi et relinquamus et abnegamus nosmetipsos, ideo dicit Salvator *Luce XI*: » Si⁴⁶⁸ quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat « etc. Abnegare seipsum est difficilimum, cum nemo⁴⁶⁹ carnem suam odio libenter habeat. *Unde Crisostomus super Matheum*: » Incipe⁴⁷⁰ resistere

124r^b deside/riis, et tunc intelliges, quam fortes sunt spiritus desideriorum 15 malorum, qui te persecuntur. Hec est pugna periculosa, et hec est gloria victoria. Qui poterit odire quod amat, et amare quod odit? « *Unde Leo papa in Sermone*: » Vim⁴⁷¹ sibi factura est anima, ut palmam laborum, quam sibi subtrahi multis inimicis adversantibus sentit, viribus contendat eripere. « *Ysydorus De summo bono*: » Tales⁴⁷² non 20 habent premium, qui laboris certamen non habent. « Ideo dixit Salvator *Mathei XI*: » Regnum⁴⁷³ celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. « *Unde*:

» Spernere⁴⁷⁴ mundum, spernere nullum, spernere sese,
spernere se sperni, quattuor ista valent. «

25

M 130r *Sic Paulus gloriatur, quia* » ter⁴⁷⁵ / virgis cesus, semel lapidatus, ter naufragium passus « etc., ut in epistolis suis patet. Et sic apostoli »ibant⁴⁷⁶ gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habitu sunt pro nomine « etc., ut in Actibus. *Unde sequitur*: » Et⁴⁷⁷ tollat crucem suam. « Non Petri, non Pauli nec alterius, quia dicerent forte: » Ite⁴⁷⁸ pocius ad vendentes et emite vobis, ne forte non sufficiat nobis et vobis. « *Ymmo secundum Augustinum*⁴⁷⁹ tunc proderit nobis Cristi passio, si assit nostra imitacio.

124v^a Frustra enim/sanctos honorat, qui sanctorum spernit sanctitatem. *Unde dixit Salvator*: » Si⁴⁸⁰ potestis bibere calicem, quem ego biberitus sum « etc. *Ideo dicit* » tollat⁴⁷⁷ crucem suam. « *Unde Augustinus in Sermone*: 35

02 aliquorum: aliquarum *U* — ut *XIII q. 1 in summa*: ut *XXIII q. VII c. II et III* quasi ad unam magnam columpnam. Et ideo domini temporales iuste et catholice auferant et auferrent ab huiusmodi anticristis et maximis hereticis, ut *XIII q. 1 in summa U*; cf. p. 67, 38—40. — 03 Deus, putasne videbo, putasne durabo om. *U* — 06 faciant; facient *M* — 12 et tollat om. *M* — 15 intelliges: intelligas *M* — fortes em.: fortis *UM* — sunt em. sec. *Iohannis Silensis Collectam*, ed. Molnár, f. 96a², p. 132: sit *UM* — sunt spiritus: spiritus sit *M* — 17 poterit: potuerit *M* — 18 palmam: palimnam *M* — 19 quam: qui *U* — 20 Ysydorus: Ysodorus *M* — 23 *Unde om.* *U* — 24 verba spernere sese, spernere, sperni, quattuor ista valent in *U rubro colore (sicut versus) designantur* — 25 valent: valet *M* — 26 semel lapidatus: ter lapidatus *M* — 27 naufragium: naufragia *M* — ut... patet om. *U* — 28 habitu: abiti *M* — pro nomine om. *M* — 29 ut in Actibus om. *U* — tollat: tollet *M* — 31 et emite vobis om. *M* — 34 quem... sum om. *U*

- 01 »Tota⁴⁸¹ vita cristiani hominis, qui secundum ewangelium vivat, cruciat et martirium est.« *Gregorius in Moralibus*: »Et⁴⁸² Paulus nec mundi gloriam querebat nec a mundi gloria ipse querebatur, et se mundo et mundum sibi crucifixum esse gloriatur.« *Quod et Apostolus Gallatheorum V*:
- 05 »Qui⁴⁸³ Cristi sunt, carnem suam gruefigunt cum viciis et concupiscentiis.« *Super quo dicit Augustinus*: »Congruit⁴⁸⁴ nostre devocioni, ut qui Domini crucifixi passionem celebramus, reprimendarum carnalium voluptatum crucem nobis faciamus.« *Ambrosius super Luce*: »Non⁴⁸⁵ amanti divicias, non amanti honores, non amanti que sua sunt, sed que Iesu Christi; non amanti que videntur, sed que non videntur; non cupido vite, sed ei qui festinat dissolvi et esse cum Christo crucifixus est mundus. Hoc est enim cruce tollere et sequi Christum, ut et nos moriamur et sepeliamur cum eo.« *Bernhardus in Floribus*: »Circuire⁴⁸⁶ possum, Domine, celum et terram, mare et aridam, et nusquam te inveniam nisi in cruce. Ibi dormis, ibi paseis, ibi cubas in meridie. Crux enim tua fides est, cuius latitudo / caritas, longitudo longanimitas, altitudo spes, 124v profundum timor. In hac cruce te invenit, quicunque te invenit. In hac cruce anima suspenditur a terra et dulcia poma de ligno vite decerpit.«
- I Petri II: »Hec⁴⁸⁷ est enim gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis tristiciam paciens iniuste. Que est enim gratia, si peccantes et colaphisati suffertis? Sed si bene facientes et pacienter sustinetis, hec est gratia aput Deum.« Et ibidem IIII: »Nemo⁴⁸⁸ autem vestrum paciatur quasi homicida aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor. Si autem ut cristianus, non erubescat.« *Bernhardus De consideracione*:
- 25 »O⁴⁸⁹ ambicio ambiencium crux, quomodo omnes torques ,omnibus places? Nil acerbius cruciat, nil molestius inquietat, nil tam aput miseris mortales celebrius hiis negociis est. An non limina apostolorum plus ambicio quam devocio terit?« *Idem super Psalmo Qui habitat*: »Omnes,⁴⁹⁰ que sua sunt, querunt, non que Iesu Christi. Ipsa quoque ecclesia dignitatis officium in turpem questum et tenebrarum negotia transire permittit;
- 30 nec / in hiis animarum salus est, sed fluxus queritur diviciarum. Propter 125r hoc contendunt, propter hoc frequentant ecclesias, missas celebrant.« *Ambrosius in libro De virginibus*: / »Collum⁴⁹¹ chathena constringit, M 130v pedes conpedes includunt; nil refert, an corpus auro ligatur an ferro, si cervix premitur, nichil precium iuvat, nisi quod vos, mulieres, estis miserabiliores quam qui publico iure dampnatur. Illi optant exui, vos ligari; mulier sic ornata est domus omnium demonum infernalium.« *Hec ille*. Et de illo vide circa primam petitionem oracionis dominice.
- Ysidorus De summo bono: »Qui⁴⁹² crucem portat, debet et mundo mori. Nam ferre crucem mortificare seipsum est. Ferre et non mori

01 cruciat et martirium est: crux est atque martyrium *MPL* — 02 Et Paulus: Quia Paulus *M* — 04 Quod et: Idem *M* — *Apostolus Gallatheorum*: *Apostolus ad Gallatas M* — 13 possum: possunt *U* — 22 autem: enim *M* — 23 maledic: maleficus *M* — 25 torques: torquens *MPL* — 26 nil tam aput: multam aput *M* — 29 ecclesia dignitatis officium: ecclesiastice dignitatis officia *MPL* — 30 transire permittit: transiere *MPL*: permittit *om. MPL* — 32 contendunt: tondentur *MPL* — 33 *De virginibus*: *De virginitate M* — 36 miserabiliores: miserabiles *U* — 39 Ysidorus: Ysodorus *M* — et mundo: in mundo *M* — 40 Nam ferre: Nam tam ferre *M*

symulacio hypocitarum est. « *Bernhardus*: » Ve⁴⁹³ semel et iterum pauperibus superbis, ve, inquam, semel et ve iterum portantibus crucem Christi et non sequentibus Cristum: quia nimirum cuius participantur passionibus, humilitatem sectari negligunt. Duplici quippe contricione contenterunt, qui huiusmodi sunt, cum et hic pro temporali gloria se affligunt, 05

125r* et in futuro pro interna / superbia ad eterna supicia pertrahuntur. « *Ysidorus De summo bono*: » Qui⁴⁹⁴ ad hoc devocationem sanctitatis pretendunt, ut aliis quandoque preesse possint, illi non Christi discipuli, sed pravitatis sectatores existunt, quia non pro Deo, sed pro seculi honore portare student crucis laborem. « *Bernhardus in Apokalipsim*: » Ve⁴⁹⁵ 10 portantibus crucem, nisi sicut Salvator suam, sed sicut ille Circeneus alienam. Ve citharedis, citharantibus, non ut illi apokaliptici in citaris suis, sed vere ut ypokrite in alienis. « *Augustinus De cristianis*: » Quid⁴⁹⁶ enim prodest, si de aureo annulo sigillum facias et putridas paleas intus recludas? Quid prodest, si signum Christi in ore, fronte, pectore 15 ponimus, et intus in anima crima et peccata recondimus? Qui enim male cogitat, male loquitur, male operatur, si se emendare noluerit, quando se cruce signat, peccatum illius non minuitur, sed augetur. Multi enim, dum ad furtum aut adulterium vadunt, si pedem inpegerint, 20 signant se cruce, et tamen de malo opere se non revocant. Unde nesciunt, miseris, quia per signum crucis includunt in se demones magis, quam 125v* excludunt? « *Hec ille*. / Et de ista materia vide, ubi dictum est de ymaginibus ante materiam de commendacione passionis Christi.

Bernhardus in Sermone: » Neminem⁴⁹⁷ audiamus, fratres, non carnem et sanguinem, non spiritum quemlibet, descensum a cruce suadentem. Persistamus in cruce, moriamur in cruce, deponamur aliorum manibus, non nostra levitate. « *Ieronimus in epistola*: » Licet⁴⁹⁸ sparso crine et scissis vestibus ubera, quibus te nutrierat, mater ostenderit, licet in limine pater iaceat, per calcato patre perge, siccis oculis ad vexillum crucis evola. Solum pietatis genus est esse in hac re crudelem. Veniet postea 30 dies ille, quo victor revertaris ad patriam. « *Hec ille. Bernhardus in Sermone beati Andree*: » Triplicem⁴⁹⁹ possumus considerare statum vel triplex gaudium, scilicet incipiencium, proficiencium et perfectorum.

M 131r *Inicium / enim sapienie timor Domini*', medium spes, caritas plenitudo. · Qui iniciatur a timore, Christi crucem sustinet pacienter; qui proficit in spe, portat libenter; qui consumat in caritate, amplectitur eam ardenter. 35 125v* Solum iste est, qui dicere potest quia ,amator tuus semper fui, / o bona crux, et desideravi te amplecti'. « *Hec ille. Unde* » qui⁵⁰⁰ amat patrem suum plus quam me, non est me dignus».

01 pauperibus superbis: pauperibus fratribus U — 06 pro: per M — pertrahuntur: protrahuntur M — 07 Ysidorus: Ysidorus M — 08 possint, illi... discipuli... sectatores existunt... student: possit, ille... discipulus... sectator existit... studet U — 11 sed em. sec. MPL: vel UM — 12 apokaliptici: apokalipti U: de Apocalypsi MPL — 18 cruce: cruci M — 20 cruce: cruci M — Unde: Et MPL — 28 scisis: cisis M — 29 per calcato patre perge: per calcatum perge patrem MPL — 30 evola em. sec. MPL: esse volo U: te volo M — 33 gaudium: gradum MPL — 35 a timore: a om. M — 36 consumat: consumatur U — amplectitur: amplectatur M — 38 amat: habet U

Dixi, quod in debito modo querendi quarto oportet attendere finis utilitatem, ut queras, cuius utilitatis sit inveniri. *Unde psalmista:* »Querite⁵⁰¹ Dominum et vivet anima vestra.« »Cum⁵⁰² enim Deus sit vita anime, anima vero vita corporis, et sicut corpus vivere non potest anima absente, ita non nisi Deo presente anima vivere valet. Habet itaque anima Deum sibi presentem per gratiam, que vivens peccatum suum confitetur, eamque vita, que Deus est, inhabitat, quam inhabitando vivere facit. Si autem illam inhabitat, ergo templum sancti Spiritus est facta, ergo illuminata est, ergo a tenebris peccatorum expiata est, ergo templum dyaboli esse desiit, que ad lucem venit, respectus cuius tenebras fugat. Nulla enim (ut ayt Apostolus) ,convencio Christi ad Belial,' nulla ,participacio lucis ad tenebras,' nulla ,communicacio iusticie et iniquitatis,' nullus ,consensus templo Dei cum ydolis'.« *Hec De pen. di. 1 § Si 15 antequam.*

Ecce, quanta utilitas habere dilectum: / *Augustinus in Soliloquio: 126r*
 »Constanter⁵⁰³ Deo crede, eique totum te committe, quantum potes. Noli velle esse quasi proprius et in tua potestate, sed eius, clementissimi et utilissimi Domini te servum esse profitere. Ita enim te ad se sublevarē 20 non desinet nichilque evenire permittet nisi quod tibi proposit, eciam si nescias.« *Hec ille. O magna utilitas!* Sic docuit »Tobiam⁵⁰⁴ filium suum « *Thobie IIII:* »Omni⁵⁰⁵ tempore benedic Deum et pete ab eo, ut vias tuas dirigat et omnia consilia tua in ipso permaneant.« *Psalmista:* »Revela⁵⁰⁶ Domino viam tuam et ipse faciet« et »non⁵⁰⁷ dabit in eternum 25 fluctuationem iusto«. *Gregorius in Omelia:* »Ubique⁵⁰⁸ nobis occurrit superna medicina, quia dedit homini precepta, ne peccet et peccandi tamen dedit remedia, ne desperet.« *Idem:* »Conditor⁵⁰⁹ noster mira dispensacione consilii et culpas respicit et vivendi tempus inpendit, ut longiora vite spacia aut converso fiant adiutorium itineris aut non converso augmen- 30 tum dampnacionis.« *Idem in Moralibus:* »Deus⁵¹⁰ ipse manet intra omnia, ipse extra omnia, ipse super / omnia, ipse infra omnia; superior 126r^b est per potentiam, inferior per sustentacionem, exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem.« *Augustinus in epistola:* »Deus⁵¹¹ totus oculus est, totus manus, totus pes. Totus oculus, quia omnia 35 videt, totus manus, quia omnia operatur, totus pes, quia ubique est.« *Augustinus in Meditacionibus:* »Quis⁵¹² est Iesus / nisi Salvator? Ergo M 131v propter temetipsum esto michi, Iesus, noli sic attendere malum meum ut obliviscaris bonum tuum! O bone Domine, si ego admisi, unde me dampnare potes, tu non amisisti, unde salvare soles?« *Bernhardus:* 40 »Iesus⁵¹³ in aure melos, in ore mel, in corde iubilus.« *Idem super illud*

02 quarto om. U — 03 psalmista: Psalmus M — 12 ut ayt Apostolus: ut Apostolus ait U — 14 nullus: nullius M — 16 Soliloquio: Sololoquio M — 17 te om. M — 20 evenire: devenire M — permittet: permittit M — eciam si: et si U — 23 Psalmista: Psalmus M — 24 non dabit: non dabis M — 25 fluctuationem: fluctuationem M — 26 ne peccet em. sec. MPL: ne peccaret U: ne peccaret M — 28 tempus: tempora U — 29 adiutorium: adiutorio M — 30 Deus om. U — 37 propter: super U — Iesus: Iesu MPL — 39 amisisti: admisisti M — 40 in aure melos, in ore mel: in ore mel, in aure melos M

*Psalmi »petra⁵¹⁴ refugium erinacis«: »Eciam⁵¹⁵ revera ubi tuta firmaque 01
requies infirmis nisi in vulneribus Cristi Salvatoris? Tanto illic securior
habito, quanto ille potencior ad salvandum. Fremit mundus, tremit
corpus, insidiatur dyabolus, non cado. Fundatus enim sum supra
firmam petram.« *Idem:* »Mundus⁵¹⁶ clamat ego deficio; caro ego inficio; 05
dyabolus ego interficio; Cristius ego reficio. Quem ergo sequeris, miser
homo? Ego me convertam ad Iesum nudum, pendente in cruce. Putas*

126v^a michi requies erit? Utique non negabit / michi veniam, qui latroni
obtulit paradisum. « *Idem:* »Aput⁵¹⁷ Dominum misericordia et copiosa
aput eum redempcio'. Prorsus copiosa, quia non gutta, sed unda sanguinis 10
largiter per quinque partes corporis emanavit. Quid tibi facere debuit
et non fecit? Illuminavit cecum, solvit vincetum, reduxit erroneum,
reconciliavit reum. « *Idem in Sermone:* »Exinanivit⁵¹⁸ Cristus semet-
ipsum formam servi accipiens': filius erat et factus est tanquam servus.
Nec solum formam servi accepit, ut subesset, sed eciam mali servi, ut 15
vapularet et servi peccati ut penam solveret, cum culpam non haberet. «
Idem: »Vide⁵¹⁹ nunc opera Domini, que posuit super terram: flagellis
cesus, spinis coronatus, clavis confossus et affixus patibulo, obprobriis
saturatus. Omnium dolorum tamen inmemor ayt: „Pater, ignosce illis,
quia nesciunt quid faciunt.“ « *Idem:* »Quam duleiter,⁵²⁰ Domine Iesu, 20
cum hominibus conversatus es, quam habundanter multa et magna
bona hominibus dignatus es largiri, quam fortiter tam indigna quam
aspera pro hominibus passus es!. Dura verba, duriora verbera, durissima
126v^b et hor/renda crucis supplicia. « *Idem:* »Frustra⁵²¹ huius seculi sapientes
de quattuor virtutibus tam multa disputaverunt, quas tamen appre- 25
hendere omnino nequierunt, cum illum nescierint, qui factus est nobis
sapiencia a Deo, docens prudenciam, et iusticia, delicta donans, et
sanctificacio, in exemplum temperancie continenter vivens, redempcio,
in exemplum pacientie fortiter moriens. « *Idem:* »Quis⁵²² cogitare sufficiat,
qualiter Dominus prevenit nos, venit ad nos, subvenit nobis? Singularis 30
illa maiestas voluit mori, ut viveremus, exulare, ut repatriaremur, et usque
ad servilissima opera inclinata est, ut constitueret nos super omnia
opera sua. « *Idem:* »Utrumque⁵²³ michi es, Domine Iesu, et speculum
pacienti et premium pacientis. Utrumque fortiter provocat me et ve-
hementer accedit.«

35
Et tantum de utilitate et consequenter de toto primo membro quoad

M 132r singulas eius partes. /

Secundo dixi: in verbo thematis nostri regulat Cristus prepostere
agendum ad debite ordinandum — ibi »primum regnum Dei«. Circa

01 erinaciis: erinaciis etc. *M* — 02 requies: reliqueres *U* — illic: ille *MPL* — 03 tre-
mit: premit *MPL* — 04 supra: super *M* — 06 dyabolus ego interficio *om.* *U* —
10 prorsus copiosa: copiosa *om.* *U* — 11 Quid: Quod *U* — 12 et non: quod non
U — 23 duriores: tunc duriora *M* — 26 omnino: ammodo *U* — nequierunt: neque-
runt *U*: nequierunt *MPL* — 27 iusticia em. sec. *MPL*: iusticiam *UM* — 30 pre-
venit... venit... subvenit... voluit: prevenitur... venerit... subvenitur... voluerit
MPL — 31 repatriaremur: repatriaremus *U* — 36 Et tantum: Et sanctum *M* —
39 ad debite: adebitur *U*

01 quod notandum, quod quia status / regni Dei est quietissimus pacis 127r[•]
summa federacione, perfectissimus omnis boni congregacione, deliciosissimus
mentis plena consolacione, iocundissimus laudis continua exultacione, ideo hic in vita monemur ad quattuor primum facienda, scilicet
05 ad oblationem pacis federantis, ad optacionem boni consumantis, ad
pregustacionem potus inebriantis, ad emissionem vocis obsecrantis.

De primo *Deuteronomio XX*: »Si⁵²⁴ quando accesseris ad expugnandam
civitatem, offeres ei primum pacem.« Dominus igitur veniens ad disci-
pulos, pacem eis attulit et vicarios suos pacem afferre voluit, *Mathei X*:
10 »Intrantes⁵²⁵ domum, salutate eam dicentes: pax huic domui.« Multi
tamen eorum pocius sollicitudinem et turbacionem afferunt. Tantam
enim multitudinem sociorum et equorum habent, quod in magna sol-
licitudine oportet esse hospites eorum de provisione, sicut patet in
aticistica et superba constitucione, que habetur *Extra De censibus*,
15 *Cum Apostolus, ubi dicitur*: »Quocirea⁵²⁶ statuimus, quod archiepiscopi,
parochias vi/sitantes, pro diversitate provinciarum et facultatibus 127r[•]
ecclesiarum XL vel L evectionum numerum, episcopi autem XX vel
triginta, cardinales XXV nusquam excedant, archidiaconi vero quinque
aut VII, decani constituti sub ipsis duobus equis contenti existant.«

20 Ecce quomodo ista constitucio sive hoc dogma consonat *legi Mathei X*
»in quancunque⁵²⁷ autem civitatem intraveritis«, non »equitaveritis«,
et *Mathei ultimo* »euntes⁵²⁸ in mundum universum« etc.! Et de hoc
potestis videre *collectam, que dicitur communiter Ambrosii, que legitur*
in *Ramis palmarum*⁵²⁹, et *Bernhardum ad Eugenium papam*⁵³⁰. An
25 Cristus ita equitavit et Petrus ceterique apostoli? Et si non patet illud
statutum doctrine ecclesiastice contrarium esse? Et per consequens
statuens et pertinaciter defendens suspecti sunt de heresi. Patet hoc
ex diffinizione heresis superius data.

De 2°, scilicet quantum ad optacionem consumantis, dicitur *Iosue*
30 *VIII*, quod »primo⁵³¹ benedixit populo«, id est bonum eternum optavit.
Sic dicitur *3*ii Regum VIII**: »Convertitque⁵³² rex faciem suam et bene-
dixit omni ecclesie Israel. Omnis autem ecclesia Israel stabat. Et ayt
Salomon: benedictus Dominus Deus Israel.« *Et sequitur in fine ibi:*
»Stetit⁵³³ ergo et benedicit omni/ecclesie voce magna.« 127v[•]

35 Ecce quomodo hic isti layci benedicebant populum; quo ergo ausu-
audent moderni episcopi inhibere sacerdotibus benedicere populum?
Contra quos dicitur *XCV di. Olym idem episcopus*⁵³⁴, de quo supra.
In c. sequenti dicitur: »Ecce⁵³⁵ ego dico presentibus episcopis suis atque
stantibus in altario presbiteros posse sacramenta conficere. Sed quia

01 quod quia: quod *om. M* — 02 omnis... deliciosissimus: omni bene congregacioni
deliciosissimus *M* — 03 iocundissimus... exultacione *om. M* — 05 optacionem: opcio-
nem *M* — 06 inebriantis: inebriantibus *U* — 07 accesseris: accessit *M* — 08 offeres:
offerens *M* — 09 *Mathei V U* — 12 equorum: quorum *U* — habent *em.*:
habet *UM* — 13 oportet: hominem *M* — sicut: sic *M* — 14 habetur: habentur
M — 19 existant: existant etc. *M* — 21 autem *om. U* — 25 apostoli: dyscipuli *U* —
26 ecclesiastice: ecclesie *M* — esse *om. M* — 27 Patet hoc: Patet huius *M* —
28 data *em.*: datam *UM* — 30 bonum eternum: bona eterna *M* — 31 Sic: Sicut *U*
34 omni bis *U* — magna: magna etc. *M* — 37 idem episcopus: quidem episcopi
M — 38 episcopis suis *om. M*

scriptum est: presbiteri duplice honore honorentur, maxime qui laborant 01
in verbo Dei, predicare eos decet, utile est benedicere, congruum est
confirmare, convenit reddere communionem, necesse est visitare infirmos,

M 132v orare / pro invalidis atque omnia Dei sacramenta complere. Nemo hinc
episcoporum invidia dyabolice temptationis infletur vel irascatur, si 05
plebem interdum exhortentur presbiteri, si in ecclesiis' predicent, si
plebi, ut dictum est, benedicent. Et en, abnuentibus michi ista sic
dicam: qui non vult presbiteros facere que iubentur a Deo, dicat quid
magis Christo? Aut quid poterit corpori aut sanguini eius anteponi?
Si presbiter Cristum consecrat, cum in altario Dei sacramenta benedicit, 10

127v^b benedicere populum non debet, qui Christum consecrare / non metuit? «
etc., ut ibi. Et de hoc eciam in c. sequenti, ubi dicitur inter cetera: »Pessime⁵³⁶ consuetudinis est in quibusdam ecclesiis tacere presbiteros et
presentibus episcopis non loqui, quasi eis invideant aut eos deditigantur
audire. ,Et si aliud aliquid', ut inquit apostolus Paulus, ,fuerit revelatum 15
sedenti, prior taceat.' ,Gloria patris est filius sapiens.' Gaudeat episcopus
in iudicio suo, cum tales elegerit sacerdotes. « Recordemur semper,
quod apostolus Petrus precipit »neque⁵³⁷ ut sitis dominantes in clero«.

»Quoniam⁵³⁸ ipsi presbiteri, ut legimus, episcopi nominantur, secundum
quod dictum est ad episcopum: ,noli negligere graciam, que data est 20
tibi per inpositionem manuum ministerii', et alibi ad maiores natu:
,qui vos posuit episcopos regere ecclesiam suam'. Sed oderunt hoc
superbi sacerdotes in presbiterii nomine, qui nolunt hoc esse, quod
Christus, qui dyscipulorum pedes lavit, qui baptizatus est a Iohanne,
licet baptizandum se esse a Domino proclamaret. « Hec ibi et in c. Olym⁵³⁹. 25

128r^a Eadem patet racio de casibus, quos / dicunt episcopales, de quibus
Gwilhelmus in Sacramentali suo, ubi querit, »quare⁵⁴⁰ superiores sibi
retinent aliquos casus«, scilicet papa vel episcopus. »Dicit, quod una
causa est impericia inferioris rectoris, propter quam in arduis negocciis
vel casibus voluit ad episcopos merito habere recursum, Extra De 30
penitenciis et remissionibus, Omnis. Alia racio est, quia quidam sunt,
quos non odium criminis, sed timor infamacionis, amissio proprii
gradus ad penitenciam cogebat, et ut superiores sui tales congnoscant,
in propria persona volunt audire eorum confessiones, ut magis agra-
ventur, et ipsi congnoscant, quanta fides est in eis super sua contricione 35
adhibenda. « Alias, dum ipse sacerdos rite ordinatus sit, et illis causis
cessantibus, vi potestatis caracteris presbiteralis a quocunque peccato

01 maxime bis M — 04 orare pro invalidis em. sec. Fr.: orare pro validis U:
curare pro invalidis M — Dei sacramenta: sacramenta Dei M — hinc: hic U —
05 infletur: impletur M — 07 Et en: Etenim Fr. — 08 dicam: dicta M — vult
om. U — iubentur: iuuentur M — 09 Aut quid: Aliquid U — poterit: poteret U —
sanguini: signi U — 11 consecrare: secrare U — 12 Et de hoc: Et om. M — eciam
om. U — inter: in U — Pessime: possint M — 13 consuetudinis est: est om. M —
14 invideant: invidient M — deditigantur: deditigentur Fr. — 16 Gaudeat:
Gaudet U — 18 in clero: in clerum etc. M — 21 tibi per om. U — inpositionem
manuum ministerii: in posicione manuum ministerii U — natu: nata M — 22 Sed
oderunt: Sed om. U — 23 in: et M — 25 et om. U — 27 Gwilhelmus: Wilhelmus
M — suo om. U — 28 retinent: retrahent M — Dicit: Dic Gullielmus, cod. Bibl.
Cap. Prag. N. XI., f. 53v^b — 33 cogebat: cogebant M — et ut: et om. M — 34
confessiones: confessionem M — 35 super om. M

01 absolvere potest ydoneum, hoc est absolutum denunciare et sibi consu-
lere. Unde dicitur *Mathei X*: »Et⁵⁴¹ convocatis XII dyscipulis suis,
dedit illis potestatem spirituum inmundorum, ut eicerent eos et curarent
omnem langworem et omnem / infirmitatem.« *Et Luce IX*: »Convocans⁵⁴² 128r^b
05 autem XIII discipulos, dedit illis virtutem et potestatem super omnia
demonia«, et ut patet *Luce X*, *dixit ad septuaginta duos dyscipulos*:
»In⁵⁴³ quancunque civitatem intraveritis et susceperint vos, manducate,
que apponuntur vobis, et curate / infirmos, qui in illa sunt.« M 133r

Quos autem iam dicunt casus episcopales, sunt pocius seduccionales
10 et predales, sicut annus eorum iubileus pocius dicitur annus spolii
et depredacionis et seduccionis, quia tunc maxime spoliant et seducunt
homines.

Hic eciam nota de benedicione episcopi symoniaci sive archiepiscopi
symonie heresi infecti in ordine vel in beneficio eomodo, quo dictum est
15 supra, dum cum manu benedicunt secundum morem ipsorum in plateis
equitantes vel transeuntes, quod benedic和平 eorum vertatur in maledic-
cionem semper eomodo, quo dictum est supra. Item nota hic de questori-
bus sive petitoribus, qui dum venientes ad ecclesiam sive civitatem
20 aliquam, inducunt festa sub pena excommunicacionis et malediccionis
ad populum congregandum et spoliandum cum eorum falsis et fictis
indulgenciis, et de / benediccionibus sed pocius malediciconibus. Et 128v^a
istam materiam possis dilatare, sicut noveris.

De 3°, scilicet de pregustacione potus inebriantis, dicitur *Iohannis II*:
»Omnis⁵⁴⁴ homo primum bonum vinum« dicit per contemplacionem
25 glorie in via alia modo pregustato. Attendant hic contradictores ewangelii
verbis et factis, nolentes a populo gustare vinum quod letificat⁵⁴⁵ cor
hominis germinansque⁵⁴⁶ virgines, quos sapiencia Patris miscuit omnibus
fidelibus suis, ipsi autem sicut fures quod bonum vinum subtraxerunt
convivis et vocatis ad »nupcias⁵⁴⁷, quas magnus rex preparavit filio
30 suo«, et adhuc subtrahunt, et sicut Manichei »sanguinem⁵⁴⁸ redempcionis
nostre haurire omnino declinant« et locionem digitorum et manuum
loco illius dant. O quam permutacio ista, sed non dextre Dei excelsi
sed dyaboli sinistri, sicut et illa, quod Innocencius anno Domini CCCCVII
»constituit⁵⁴⁹ pacis osculum dari loco communionis«, ut dicitur in
35 *Cronica Flores temporum*.

Unde *Ezechielis VIII in fine*: »Ecce⁵⁵⁰ ramum applicant ad nares
suas.« Et ideo maxime frigefactus est populus cristianus et debilitatus
cibo et potu subtractis, et omnes pre fame et siti lassati sunt in via,
ita quod »matribus⁵⁵¹ suis dixe/runt: ubi est triticus et vinum?, cum 128v^b
40 deficerent quasi vulnerati in plateis civitatis«, ut *Trenorum II*. Cristus
enim Iesus in nupeiis et in convivio corporali mutavit aquam in vinum
(*Iohannis II*),⁵⁵² ipsi autem econtra in nupeiis spiritus et convivio anime

02 dicitur: dicit U — 05 discipulos: apostolos U — 06 et ut: et om. U — 08 sunt
om. U — 10 dicitur om. U — 14 heresi: herese M — 20 fictis: victis U — 21 de
benediccionibus: de bis U — Et... noveris om. U — 24 dicit om. M — 25 hic:
hoe M — 28 quod: illud U — 30 sanguinem om. M — 33 CCCCVII: CCCC'VI
M — 34 pacis osculum: pacem Fl. temp. — 35 Cronica: Caronica U — 37 suas:
suos M — maxime om. M — frigefactus: frigescens M — debilitatus: debilitatur
M — 38 subtractis: subtractionis U — 39 quod: ut M — 42 Iohannis II: Iohannis
III M — spiritus et convivio om. U

tunc mutant vinum bonum in aquam manuum. Nonne isti scismatici 01 sunt a factis Cristi se dividentes et pertinaciter contradicentes? Ideo heretici merito appellantur per Leonem papam,⁵⁵³ ut supra. Est enim heresis⁵⁵⁴ dogma falsum sacre Scripture contrarium pertinaciter defensatum. Et de ista materia comunioonis multiplica Scripturam, prout 05 tibi placuerit.

Et quod non debet dari intincta hostia, patet *De cons. di. II Cum omne, ubi dicitur:* »Illi⁵⁵⁵ vero, quod pro complemento communionis intinctam tradunt ewkaristiam populis, nec hoc prolatum ex ewangelio testimonium receperunt, ubi apostolis corpus suum et sanguinem con-

M 133v mendavit; / seorsum enim panis et seorsum calicis commendacio memoratur. Nam et intinctum panem aliis Cristum prebuisse non legimus excepto illi tantum dyscipulo, quem intincta bucella magistri proditorem ostenderet.« Sic bonum vinum fuit in primitiva ecclesia 10 fidelibus propinatum, cum erat ipsis »unum⁵⁵⁶ cor et anima una«, 15

129r^a perseverantes cottidie⁵⁵⁷ / in oracione, orantes sicut »veri⁵⁵⁸ adoratores Patrem in spiritu et veritate«, non confidentes in longis ethinicis oracionibus. Unde dicit *Cyprianus in epistola V:* »Iam⁵⁵⁹, inquit, »predixerat horam venire Cristus, ,quando veri adoratores adorant Patrem in spiritu et veritate', et implevit, quod ante promisit, ut qui spiritum et 20 veritatem de eius sanctificacione percipimus, de tradizioneque eius vere et spiritualiter adoremus. Que enim potest esse spiritualis oracio, quam que a Christo nobis data est, a quo nobis et sanctus Spiritus missus est? Que vera apud Patrem precacio, quam que a Filio, qui est Veritas, de cuius ore prolatum est? Ut aliter orare, quam docuit, non ingorancia 25 sola sit, sed culpa, quando ipse posuerit et dixerit: ,Reicitis mandatum Dei, ut tradicionem vestram statuatis.' Oremus itaque, fratres dilectissimi, sicut magister Dominus edocuit; amica et familiaris oracio est Deum de suo ore rogare, ad aures eius ascendere Christi oracione. Agnoscat Pater Filii sui verba, cum preces faciamus. Qui habitat intus in pectore,

129r^b ipse sit in voce. / Et cum ipsum ,habeamus apud Patrem advocatum' pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris petimus, advocati nostri verba promamus. Nam cum dicat quia ,quecunque pecierimus a Patre in nomine eius, dabit', quanto efficacius inpetrabimus, quod petimus Christi nomine, si petamus ipsius oracione!« *Hec ille.* 35 Et dicit *Crisostomus*,⁵⁶⁰ quod qui non orat sicut Christus docuit, non est Christi dyscipulus, et quod tripliciter peccat, qui clamorose orat. Et de illo vide in quinta petitione oracionis dominice.

01 tunc *om.* *U* — 02 a factis: a sanctis *U* — 04 falsum *om.* *M* — contrarium *om.* *M* — 05 Et... placuerit *om.* *U*: Et de ista materia bis *M* — 08 pro *om.* *U* — 09 prolatum: probatum *U* — 10 apostolis: apostolis suis *U* — 13 illi: illo *Fr.* — tantum *om.* *M* — 16 perseverantes: perseverans *M* — 18 in epistola: in *om.* *M* — 20 et implevit ... et veritatem *om.* *M* — 21 percipimus: percipimus *MPL* — tradizioneque: tradicie quoque *MPL* — 28 quam que a Christo em. sec. *MPL*: quam a Christo *UM* — 24 Que vera: Que vera, magis *MPL* — 26 sed culpa: sed et culpa *MPL* — 28 edocuit: et docuit *U*: docuit *MPL* — et familiaris: et *om.* *U* — 29 ore *om.* *MPL* — 31 Et cum: Cum et Cum *U* — 35 quod petimus: quod *om.* *U* — 38 oracionis dominice: *M in his verbis interruptum textum habet; de imaginibus expositio in hoc codice deest. Continuationem textus in M vide p. 78*

01 Non eciam adorantes in ymaginibus, picturis manu factis. De abhominatione autem et de prohibicione ymaginum et sculptilium est valde copiosa scriptura in libris Biblie, quam scribere de toto esset laboriosum et prolixum. Ideo quod citaciones aliquod placet hic ponere, ex quibus 05 de facili de ista materia potest inveniri:

quis excogitavit ydola et sculptilia et quomodo habuerunt ortum, habetur Sapiencie *XIIII* post principium, illud enim ad duas lineas et ibidem ante medium ibi »inicum⁵⁶¹ enim fornicacionis«. Et Ysaie *XLI* post principium ibi »confortabit⁵⁶² faber« usque ibi »non⁵⁶² moveatur«.

10 Et Ieremie *VII* circa medium »monne⁵⁶³ vides« per totum, Ieremie *X* in principio. Exodi *XXXII*, 3^{li} Regum *XI*, Iudicum / *XVII*. Ysaie *L*, *XLII* 129v^a ante medium ibi »gloriam⁵⁶⁴ meam« et ante finem, et *XLIII* post principium et *XLV* ante finem ibi »nescierunt«,⁵⁶⁵

de maledicione faciem sculpsilia et de stulticia et derisione 15 colencium habetur Sapiencie *VIII* circa medium usque ad *XIII* usque ibi »inicum⁵⁶⁶ enim« quasi ad finem per totum, et Sapiencie *XV* post principium ibi »sed⁵⁶⁷ figulus« usque ad finem. Ysaie *XL* circa medium ibi »aut⁵⁶⁸ quam ymaginem« usque ibi »non⁵⁶⁹ moveatur«, Ysaie *XLI* in fine. Ieremie *II* post medium ibi »quomodo⁵⁷⁰ confunditur fur«, Ieremie *X* 20 post principium ibi »lignum⁵⁷¹ est, argentum«, Ieremie *XIIII* in fine. Et Ezechielis *XXI* ante medium ibi »interrogavit⁵⁷² ydola«, Abacuk *II* in fine, Exodi *XX*, Deuteronomio *V*;

de punizione colencium, scilicet quod sicut coluerunt irrationabilia, sic puniti sunt per ea, que peccaverant, Sapiencie *XVI* et *XVII* quasi 25 per totum. Ieremie *II* post medium quasi per totum, Ieremie *VIII* in fine ibi »quare⁵⁷³ ergo«, Ieremie *X* post medium ibi »et⁵⁷⁴ dixit Dominus: quia dereliquerunt«, Ieremie *IX* in medio ibi »secundum⁵⁷⁵ numerum«, Ieremie *XIII* post principium ibi »et⁵⁷⁶ factum est verbum Domini« et in fine, Ieremie *XVI* ante medium ibi »quare⁵⁷⁷ locutus est Dominus 30 super nos«, Ieremie *XVII* in principio / [Ieremie *XIX* in principio] 129v^a ibi »quare⁵⁷⁸ fecit«, Ieremie *XXV* post principium ibi »et⁵⁷⁹ nolite ire«, Ieremie *XXXII* post medium »et⁵⁸⁰ domus in quarum«, Ieremie *XXXV* post medium ibi »et⁵⁸¹ nolite sequi deos«, Ieremie *XLIII* in principio et circa medium ibi »quod⁵⁸² si nos sacrificamus«, Ieremie *L* in principio. 35 Danielis *V* circa finem. Ezechielis *V* post principium »et⁵⁸³ contempsit iudicia«, Ezechielis *VI* per totum, Ezechielis *XV* per totum, Ezechielis *XX* post principium per totum, Ezechielis *XXIII* per totum, Apokalipsis *IX* in fine, Actorum *VII* in fine;

reprehensio ydolorum et colencium, et qui sunt, qui induxerunt 40 populum, sicut sacerdotes avariciam in talibus exercentes et prophete falsi, habetur Ieremie *II* in principio ibi »audite⁵⁸⁴ verbum Domini« quasi ad medium capituli, Ieremie *XII* in fine, Ieremie *XXIII* post principium per totum, Ieremie *LI* circa finem ibi »mons⁵⁸⁵ pestifer«. Baruch *VI* per totum (et ibi pulcre de sacerdotibus ydolorum cum 45 capitibus et barbis rasis, sicut iam, ut timendum est, sunt sacerdotes). Ezechielis *VIII* post principium (et habes ibi manifeste de pictura parietum et in fine de osculo pacis) ibi »et⁵⁸⁶ ramum applicant ad nares suas«

130r^a etc., *Ezechielis / XLI post principium* (ibi habes, quomodo est scandala- 01
lum), *Ezechielis XVI per totum* (et ibi habes, quod debet lapidari meretrix
et lupanaria eius destrui) *post medium ibi » et⁵⁸⁷ lapidabunt te «* (et ex
illo habet ortum forte, quod dicitur, quod sacerdos adhuc debet lapidari).

Et Danielis XIII post totum;

05

de ydolis et ydolatricis *I Corinthiorum XIIII et X. I Regum XV;*
de destruccióne ydolorum vide *Liram Exodi XXIIII* de combustione
vituli conflatilis et *4^t Regum XVIII in principio et circa medium.* Et
LXIII di. § Verum, ubi dicitur: »Scripturaque⁵⁸⁸ divina dicit, quod
postquam Ezechias dissipavit excelsa et contrivit statuas et succidebat 10
lucus et fregit serpenteū encum, quem fecit Moyses; videlicet, quia
Dominus illum serpenteū Deus fieri iusserat, ne serpentina morte
populus interiret, cum tamen ipsum populus colere et venerari ceperat,
idecirco destruxit iste, quod iubente Domino fecerat ille. Ac per hoc
magna auctoritas ista habenda est in ecclesia, ut si nonnulli ex prede- 15

130r^b cessoribus nostris fecerunt aliqua, que illo / tempore potuerunt esse sine
culpa, et postea vertuntur in errorem et superstitionem, sine tarditate
aliqua et cum magna acutoritate a posteris destruantur. « *Et 4^t Regum
XXII et 4^t Regum V,* ubi fecit Hyeu merdatorium vel cluacam de
domo Baal,⁵⁸⁹ et *3ⁱⁱ Regum XVIII circa finem* occisi sunt prophete 20
Baal,⁵⁹⁰

et nato Cristo corruerunt ydola, *ut in Cronica.* Et cum intravit
Egiptum, *ut Ysaie XIX,* sic cum Cristus intrat in animam, dimittit
homo alia mendicata suffragia, *ut Ysaie XVII et Canticorum V.* Item
*Danielis XIII et primi Machabeorum II post principium de subtraccione 25
deorum. Genesis XXXI circa medium et Iudicum XVIII ante finem;*

de vera ymagine *Genesis 1 et IX.* »Facies⁵⁹¹ enim adinstar celestis
pulchritudinis facta fedari non debet«, *C. de penis, Si quis in metallis.*

de persecucionibus, quas passi sunt, qui simulacra et sculptilia
impugnaverunt, habetur *Ieremie XI circa finem ibi » tu⁵⁹² autem, Domine,* 30
demonstrasti michi «. Et *Actorum XIX circa medium,⁵⁹³ Danielis XIV,*
*ubi Daniel destruxit ydolum Bel et draconem et ideo missus est in lacum
leonum.⁵⁹⁴ Et Actorum XVI circa medium de spiritu phytonico.⁵⁹⁵ Etc.*

130v^a Si eciam bonum vinum fuit in ecclesia primitiva fidelibus propinatum, /
dum erant⁵⁹⁶ cottidie frangentes panes circa domos et quotidianie sumebant 35
cibum cum graciarum accione, non autem valet illacio: »ibi non dicitur
expresse de potacione sive bibicione, ergo non biberunt«, quia iste est
modus loquendi Scripture sacre, quod sub nomine con mestionis panis
sive cibi totam et integrum intelligit refaccionem, licet eciam
de potu expresse non exprimatur. Ad hoc habetur *Luce XI, ubi dicitur:* 40
»Et⁵⁹⁷ cum loqueretur, rogavit eum quidam pharyseus, ut pranderet
aput se. Et ingressus recubuit. « Ecce nulla fit mencio de potacione,
»ergo non biberunt« non sequitur. Similiter *Luce VII dicitur:* »Roga-
bat⁵⁹⁸ autem illum quidam phariseus, ut manducaret cum illo«, et
non sequitur »ergo non biberit«. Et quod illud sit verum, patet manifeste 45

28 Si quis in metallis: Si quis in metallum Cod. — 34 a verbis Si eciam iterum M
incipit; cf. p. 76 — Si eciam: Sic eciam M — ecclesia primitiva: primitiva ecclesia M —
39 intelligit om. U — 40 non om. U — Ad hoc: Adhuc U — 43 dicitur om. M

01 *Marci XIIII*, ubi dicitur: »Et⁵⁹⁹ manducantibus illis accepit Iesus panem « etc., ubi Marcus nullam / mencionem expresse facit de bibicione M 134r facta in cena agni paschalis tipici, et tamen planum est, quod biberent, utque *Luce XXII*, ubi dicitur primo: »Desiderio⁶⁰⁰ desideravi hoc 05 pascha manducare vobiscum « etc., et sequitur: »Et⁶⁰¹ accepto calice gracias egit et dixit: Accipite et dividite inter vos.« *Et tunc sequitur:* »Et⁶⁰² accepto pane gracias egit « etc. Et quia / Lucas posuit expresse, 180v[•] Marcus totum sub uno intellexit, sic *Iohannis VI* expresse ponitur de manducacione et de bibicione (et hoc aliquociens), et ideo concludendo 10 *in fine dicit*: »Qui⁶⁰³ manducat hunc panem, vivet in eternum « intelligit eomodo, quo prius dictum est ante. Iste est enim modus loquendi vulgaris et communis, ut cum quis bene conmedit et bibit cum aliquo, dicit »quam bene conmedi cum isto «, vel si interrogatur ab aliquo »ubi fuisti? «, respondet »conmedi cum isto «, et planum est, quod intelligit 15 eciam, quod bibit cum eo, licet non sic exprimat. Sic istomodo quasi vulgari loquitur sacra Scriptura et maxime ewangelium Cristi, secundum quod dicit Lyra in multis passibus super ewangelio et maxime super Iohanne; ideo *Lyra Iohannis VI super illo »panis, quem ego dabo« etc.* dicit. quod »postquam⁶⁰⁴ egit de pane spirituali, quod est verbum, hic 20 agitur de pane spirituali, quod est sacramentum «. Totum autem et integrum sacramentum et totam eucaristiam communiter doctores vocant, et est sub utraque specie contentum, ut *Gwilhelmus de Monte Lauduno in Sacramentali suo⁶⁰⁵* et *XXIII di. Accolitus in fine, ubi/dicitur, 181r[•]* quod »accolitus⁶⁰⁶ accipiat urecolum vacuum ad sugerendum vinum 25 in eucaristiam sanguinis Cristi «. Et si sub nomine panis sive manducacionis panis non intelligeretur potus, tunc Cristus diminute et insufficienter docuisset orare, cum dixit *Mathei VI*: »Sic⁶⁰⁷ ergo orabit: Pater noster, qui es in celis « etc., et sequitur »panem⁶⁰⁸ nostrum supersubstancialiem da nobis hodie «, ubi manet potus tunc? Igitur »excusaciones⁶⁰⁹ sunt, ca- 30 villaciones sunt, subterfugia sunt! «

Item dicit *glossa super isto* »qui^{609a} manducat hunc panem «; *glossa:* »scilicet⁶¹⁰ ,digne'«, »vivet^{609a} in eternum «, et tamen »digne « non ponitur ibi *Iohannis VI*, sed *in Paulo 1 Corinthiorum XI*.⁶¹¹ Si ergo illud Pauli dictum, scilicet »digne « subintelligitur, quod ille expresse posuit, sic 35 subintelligetur de calice, quem idem eciam expresse nominavit et dicit sumendum esse.

Istud autem hodie valde alienatum et ablatum est iuge sacrificium. Unde dicitur *in Summa sacrificiorum c. Hoc quocienscunque feceritis*,^{611a} quod in primitiva ecclesia omnes, qui intererant officio misse, tam layci 40 quam clerici, communicabantur. Et istud duravit usque ad Cletum papam: Post / ea statutum fuit omnibus diebus dominicis communicare, 181r[•]

02 facit: fecit M — 04 utque: ut patet M — Desiderio *om.* M — hoc *om.* U — 09 et ideo: et *om.* M — 10 dicit *om.* U — 11 est enim: est *om.* U — 12 vulgaris: vulgaris U — 16 vulgari: et vulgari M — 17 ewangelio: ewangelii M — 18 etc. *om.* M — 19 quod est verbum: qui est verbum *Lyra* — verbum: verbum Dei U — hic agitur: hic *om.* U: hic consequenter agit *Lyra* — 20 et integrum: et *om.* M — 24 accipiat: accipiet M — urecolum: aurecolum U — 25 manducacionis: manducacione U — 26 intelligeretur: intelligitur U — 28 qui es in celis *om.* M — 32 scilicet *om.* M — 33 in *Paulo*: in plano M

M 134v et qui non communicaverunt, / ab ingressu ecclesie suspendebantur. 01
Unde De cons. di. II dicitur: »Peracta⁶¹² consecratione omnes communica-
cent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim eciam apostoli
statuerunt et sancta Romana tenet ecclesia.« Postea a Fabiano papa
institutum fuit ter in anno communicare, scilicet festo Natalis, Pasce 05
et Pentecostes. Et quia homines adhuc negligentes erant, Innocencius III
statuit adminus semel in anno, videlicet in festo Pasce communicare,
ut *Extra De penitenciis et remissionibus, Omnis utriusque sexus.*⁶¹³ Si
igitur homo sentit in statu primitive ecclesie, communiceat frequenter etc.,
ut *ibi*. Ecce inpletum dictum Cristi de temporibus novissimis, quoniam 10
»superhabundabit⁶¹⁴ iniquitas et refrigescet caritas multorum.« *Et*
iterum: »Putas⁶¹⁵ veniens filius hominis inveniet fidem super terram?«

De quarto, scilicet de emissione vocis obsecrantis, dicitur *I Thymotei II:*
»Obsecro⁶¹⁶ igitur primum fieri obsecraciones, oraciones, postulaciones,
graciarum acciones pro omnibus hominibus.« Et de ista materia pertinet 15
alibi tractare et dicere.

Et ideo tantum de isto 2° principali.

181v* Tercio dixi, quod Cristus stimulat indigne presumentes ad stren/nue
operandum ibi «et iusticiam eius». Pro quo notandum, quod iusticia
est virtus generalis, comprehendens tocius animi rectitudinem, que 20
consistit in debita ordinacione hominis ad Deum, ad se et ad proximum.
Bernhardus: »Habemus⁶¹⁷ ante nos priores, post nos minores, a dextris
amicos, a sinistris inimicos. Reddamus igitur singulis, quod suum est:
prioribus obedienciam, minoribus doctrinam, amicis leticiam, inimicis
pacientiam.« 25

In quantum ordinat hominem in Deum, continet in se virtutes
theologicas: quia enim Deum congnoscimus, iustum est, ut et credamus —
ecce fides. Quia vero ipsum fidelem credimus, iustum est, ut in ipsum
speramus — ecce spes. Et quia multa bona ab eo accepimus, iustum est,
ut ipsum super omnia diligamus — ecce caritas. 30

2° continet iusticia virtutes ordinantes hominem ad seipsum:
congnoscentes enim nos a viciis inpugnandos, iustum est, ut eisdem
per fortitudinem resistamus — ecce fortitudo. Et sic de aliis.

Tercio continet virtutes, hominem ad proximum ordinantes, sicut
est amor proximi, equitas, felicitas et misericordia in pauperes etc. 35

Item sciendum, quod est quedam iusticia vendita, quedam
181v* superflua, / quedam remissa, quedam diminuta, quedam perfecta et
superhabundans: vendita est mercenariorum, latronum, furum, symoniorum,
de quibus *Augustinus VIII q. 1:* »Sunt⁶¹⁸ in ecclesia quidam
prepositi, de quibus Paulus apostolus *Phyliensem II* dicit: ,Sua 40
M 135r querentes, / non que Iesu Christi. Quid est ,sua querentes? Non Christum

04 tenet om. U – ecclesia: ecclesia etc. M – 07 adminus: audimus M – 12 terram:
terra etc. M – 14 primum om. U: primum omnium *Vulg.* – 15 hominibus: homini-
bus etc. M – 19 et iusticiam: et om. U – 23 igitur: ergo M – 25 pacientiam:
pacientiam etc. M – 30 ut ipsum: quod ipsum U – 32 nos: vos M – 40 Phyli-
ensem: ad Philipenses M – 41 non que: non que sunt U

01 gratis diligentes, non Deum propter Deum querentes, temporalia comoda consequentes, lucris inhyantes, honores ab hominibus appetentes. Hec quando amantur a preposito et propter hoc servitur Deo, quisquis talis est, mercenarius est, inter filios eius se non computet. « *Hec ibi. Unde* 05 » si⁶¹⁹ conferens spirituale non confert pure et principaliter propter Cristum, sed propter aliam causam temporalem, utputa propter peccunias, consanguinitatem, obsequium, preces carnales, favorem patrie vel ligwe, timorem, adulacionem, mendacium, lenocinium vel cuiuscunque peccati causa vendit et dando causam aliunde ascendendi facit recipientem 10 furem et latronem et per consequens sue damnacionis participem, quia ,ascendens aliunde' quam per hostium, quod est Cristus, / ,est fur et 132r^b latro', Iohannis X, nec acquirit sibi aliquod ius sive tytulum, et licet recipiens finem intendebat bonum, utputa predicare, ruinam ecclesie reformare, et bona multa facere, si tamen in querendo non procedit per 15 debita media, sed per pacciones, soluciones, preces carnales, obsequium, adulaciones principum, promociones, et conferens, ut sic eciam sibi confert, nec confert tytulum, nec ille ex tali collacione aliquod ius acquirit. « *Hec in Speculo aureo.*

Unde querit *Iohannes Andree De clericis non residentibus c. unico*

20 1. *VI in glossa penultima:* »Quid⁶²⁰ dices, ordinacio est in ecclesia, qui vadit ad talem horam tantum habebit, vadit canonicus ad horam principaliter pro denario, nunquid symoniam committit? Solucio die secundum Hostiensem, qui hoc notat De verborum significatu, Olym, quod tales graviter peccant et mentalem symoniam committunt«, *ut ibi.* 25 Sic dicitur *De cons. di. I. Sufficit, item quod* »qui⁶²¹ pro peccuniis aut adulacionibus secularium una die presumunt plures facere missas, non existimo evadere dampnacionem«. *Hec ibi.* Quid ergo illis, qui obligant se ad XXX requiem pro certa quantitate / peccunie?

Unde secundum *Henricum Boechium Extra De prebendis et dignitatibus,* 132r^b

30 *Significatum:* »Si⁶²² queratur, utrum sacerdos possit exigere vel recipere peccuniam vel aliquid temporale pro celebrando divina, distingwe: aut ex convencione possit recipere vel pacto, aut citra convencionem vel pactum. In primo casu refert: aut sacerdos tenetur ex debito officio ad missam seu exequias aut alia divina officia celebranda, et tunc exigere 35 aut recipere aliquid propter hoc symoniacum est, ut 1 q. III Vendentes; aut non tenetur ex debito officio vel huiusmodi divina officia celebranda, et tunc aut habet beneficium ecclesiasticum, / et tunc non M 135v

03 amantur: amat M — 04 inter: et inter U — 06 utputa: utpote U — 07 consanguinitatem: consangvineitatem M — 08 adulacionem: adulacionem M — mendacium: mendaci: *Speculum* — 09 causa om. U — et dando: vel dando U — ascendendi: ascondi U — 12 sibi tytulum om. U — 13 utputa: utpote U — 14 in querendo: in acquirendo *Speculum* — non procedit: non procedat U: non incendit *Speculum* — 18 in: ex M — 23 secundum om. U — De verborum significatu: ubi sicut U — 24 mentalem: commentalem U — 25 di. I.: di. II. U — 26 una die: unam diem U — presumunt plures: plures presumunt U — 27 Hec ibi: Hoe ibi U — 31 aliquid: aliquid M: aliud *Boechius* — 33 vel pactum: aut pactum M: vel bis U — 34 seu exequias: vel exequias *Boechius* — aut alia: vel alia M: sive alia *Boechius* — 35 aliquid propter hoc: propter hoc aliquid U — est: esset *Boechius* — 36 divina officia: officia divina M — 37 habet beneficium ecclesiasticum: habet officium beneficium ecclesiasticum M

potest aliquid recipere vel exigere; argumentum De symonia, Cum in 01 ecclesie et c. Suam, XXIII di. Hiis ergo secundum Iohannem, Tanceretum, Bernhardum, Hostiensem, aut non habet beneficium, et tunc aut habet sumptus; et tunc dicit Raymundus, quod aut debet cantare gratis aut cessare, alias videtur facere ex avaricia (aut symonia est aut avaricia); 05 aut non habet sumptus, sed est pauper; tunc queritur, nunquid licet sibi aliquid recipere pro divinis officiis dicendis. Et dic, quod non, ut De symonia quasi per totum.«

182v^a Sed dicit *Astenxis*,⁶²³ quod ex quo non tenetur ex officio / ad divina celebranda et desunt ei sumptus, licite potest accipere et locare operas 10 suas. Dicit autem *Hostiensis*,⁶²⁴ quod propter hoc non potest locare operas suas, cum sint spirituales, et sic vix aut nunquam symoniam vitare posset.

Ymmo locantes operas suas pro certa porcione pocius dicuntur sacerdotes ydoli Miche, *Iudicum XVII*.⁶²⁵ Eciam tempore collacionis 15 sive administracionis divinarum gratis oblatum non est recipiendum a viro iusto, quem describens *propheta ayt*: »Beatus,⁶²⁶ qui excutit manus suas ab omni munere«, *ut 1 q. 1 Sunt nonnulli*,⁶²⁷ nec occasione laboris, nec consuetudinis, nec ante, nec post licet timenti Dominum aliquid recipere, ne conscientiam suam ledat et proximum scandalizet, 20 *ut 1 q. III Si*⁶²⁸ quis obiecerit non consecraciones emi, sed res, que ex consecracione proveniunt, penitus despere probatur. *Et sequitur*: »Quisquis⁶²⁹ horum alterum vendit sine quo nec alterum provenit, neutrum invenditum derelinquit. Nullus ergo emat ecclesiam vel prebendam vel aliquod ecclesiasticum, nec pastellum nec pastum ante vel 25 postea pro huiusmodi solvat.« *Concordat 1 q. 1 Eos, in fine, ubi dicit*

182v^b »eum⁶³⁰ omnino alienum a sacerdocio, qui aliquomodo / dederit vel acceperit peccuniam in aliquo tempore, sive ante manus inposicionem sive post inposicionem. Accipere enim est quandocunque accipere«. *Unde in glossa c. Qui studet eadem q. dicitur*: Argumentum⁶³⁰ est hic 30 contra illos, qui non exigunt ante collacionem, sed post, quia licet Gesi, dum exegit munera a Naaman, iste iam fuerat gratiam consecutus. Nichilominus tamen dicitur in dicto c. *Qui studet, quod* »graciam⁶³¹ sanitatis Naaman Syro vendidit« et »leprosus⁶³¹ factus« est.

Unde dicit Innocencius, quod nunquam potest dici quemquam cogendum, ut pro spirituali aliquid det; puta si consuetudo erat, quod veniens ad penitenciam daret unum denarium vel simile, non est cogendus ipsum dare, quia aut dices, quod voluntarie ipsum dat, et sic nunquam M 136r est cogendus / aut coactus. Et sic eodemmodo non est cogendus, quia esset symoniacum (*Extra De symonia, Suam*⁶³² et c. *Cum in* 40

01 recipere vel exigere: exigere vel recipere U — 02 Suam: Tuam U — Hiis ergo: Hiis igitur *Fr.*, *Boechius* — 03 et tunc aut habet: et *om.* U — 04 et tunc dicit: et tunc *om.* U — quod aut debet: quod *om.* M — 06 tunc queritur: et tunc aut queritur M — 07 dic: dicit M — 12 sic *om.* U — 13 posset: possit M — 15 sacerdotes *om.* U — Miche: Michee U — Eciam: Et U — 19 Dominum: Deum M — 20 ne: ut M — 21 obiecerit: non obiecerit M — 22 Et sequitur *om.* U — 26 postea: pro ea U — Eos: Ego M — 29 quandocunque: quantumcumque U — 30 Qui studet: Qui student M — 33 dicto: dicta M — 37 daret: dare U — 38 dat: det U

01 ecclesie⁶³³), et contra ius naturale, quare perscribi non potest et per consequens nec consuetudo erit (*Extra De consuetudine*, c. finali,⁶³⁴ VIII di. *Que contra*⁶³⁵). Unde si tempore collacionis sacramentorum consuevit aliquid dari, non cogitur quis talem consuetudinem observare, 05 quia »species⁶³⁶ mali est « *Extra De symonia, Audivimus*; et quia nec ante / nec post dandum est (*ut supra, et 1 q. III c. II*⁶³⁷) secundum 188r^a *Innocencium*, in tantum, quod eciam »laudabile⁶³⁸ opus secundum se, scilicet mittere nummos in concham, ratione temporis, scilicet collacionis sacramentorum, reprobatur, ne malignandi occasionem inducat; licet 10 enim nummos mittere in concham opus pietatis sit, tempore tamen suscipiendo baptisum symonie suspicionem inducit, adeo ut si eciam alio pretextu tempore prohibito detur, presumpcionem symonie non evanescat«. *Hec 1 q. 1 Emendari et in glossa.*

Beatus igitur sacerdos, »qui⁶³⁹ executit manus suas ab omni munere « 15 et vivit de altario eomodo, quo dictum est supra de possidere et non possidere.

Item notat *Hostiensis et frater Iohannes in Summa confessorum De symonia q. XXXII et q. sequenti, quod »si*⁶⁴⁰ sint diversa cimiteria unius ecclesie vel monasterii, unum, in quo non intrat seu ponitur 20 aliquis nisi sit canonicus vel frater, ad quem est taxatum, pro quanto extraneus in cimiterio comuni fratrum potest sepeliri, symoniacum est, *ut Extra De symonia, Audivimus et c. Sicut*, quia pro terra nil recipi debet, *ut Extra De sepulturis, Abolendo*«. Item patet: »Si⁶⁴¹ maior crux non portetur, nisi certo precio / habito, nam hoc sine dubio symoniacum 188r^b 25 est et species mali et avaricie signum, et ergo reprobandum, ut in c. *Audivimus. Hec ibi.*

Quid ergo de pulsacione canpane magne et accensione candelarum magnarum tempore exequiarum sive funeris, et hoc pro certo precio, et quod sepeliatur in ecclesia quis prope altare, remitto cuiuslibet discreti 30 iudicio, an illud fit caritatis causa vel avaricie, cum pauperi non habenti illa persolvere illa non fiunt. O mors est in olla,⁶⁴² tu, sacerdos, portans te cum reliquiis, ut dicis, vel crucibus ad incitandum populum ad offerendum. Illas abusiones potes multiplicare sicut nosti.

Item vendunt iusticiam suam ypocrite, *ut Mathei VI: Cum*⁶⁴³ facis elemosinam, noli tuba canere ante te, sicut ypocrite faciunt. « *Et sequitur: Amen*⁶⁴³ dico vobis, receperunt mercedem suam. « *Item dicitur: Et*⁶⁴⁴ cum orati, non eritis sicut ypocrite, qui clamant in synagogis. « *Et sequitur: Amen*⁶⁴⁴ dico vobis, receperunt mercedem suam. « » Ve⁶⁴⁵ vobis, scribe et pharisei / ypocrite, qui conmeditis domos viduarum et M 136v 40 oracione longa orantes. Propter hoc amplius accipietis iudicium«. *Mathei XXIII. Et Marci XII dicitur: Qui*⁶⁴⁵ devorant domos viduarum sub obtentu prolixo oracionis, hii / accipiunt prolixius iudicium. « *Et* 189v^a

04 cogitur: cogitas U — talem: tales U — 06 post dandum: post aliquid dandum U — 07 in tantum om. U — 08 collacionis: collacione M — 09 ne om. M — 11 suspicionem: suspicionem M — 19 vel monasterii: et monasterii M — 20 ad quem est: ad quem et est M — 21 comuni: contum U — 27 pulsacione: pulsacione U — 29 et quod: quod om. U — 30 habenti illa: illa om. M — 31 fiunt: fiant M — olla: ulla M — 33 multiplicare sicut nosti: multiplicare etc. U — 37 clamant: amant Vulg. — 42 accipiunt prolixius iudicium om. U

de hiis dicit *Apostolus II Thymotei III*: »Habentes⁶⁴⁶ speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos devita: ex hiis enim sunt, qui penetrant domos et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, qui ducuntur variis desideriis; semper discentes et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes« etc. Unde dicitur *Mathei VI*: 05 »Orantes⁶⁴⁷ autem, nolite multum loqui, sicut ethnici« faciunt. *Et sequitur ibidem*: »Cum⁶⁴⁸ autem ieunatis, nolite fieri sicut ypocrите tristes.« *Et sequitur*: »Amen⁶⁴⁹ dico vobis, quia receperunt mercedem suam.« Ista quod faciunt, qui vendunt eorum multas missas et oraciones et indulgencias ordinum et conventuum et fraternitates fictas et cum illis mercantur, docet bene experientia, que optima est rerum magistra. Et de ypocritis satis est dictum, ubi dicebatur de communione frequenti.

Et tantum de ista iusticia vendita illorum, qui »omnia⁶⁵⁰ opera sua faciunt« coram hominibus, »ut⁶⁵⁰ videantur ab eis«. *Mathei XXIII*.

Superfluam iusticiam tangit *Salvator Mathei XXIII*: »Alligant⁶⁵¹ enim onera gravia et importabilia et inponunt humeris hominum, digito autem suo nolunt ea movere.« Ideo *Luce XI ayt Iesus*: »Et⁶⁵² vobis legisperitis ve, quia oneratis homines oneribus, que portari non possunt, et ipsi uno / digito vestro non tangitis sarcinas.« Unde dicit *Augustinus XII di. Omnia*: »Ipsam⁶⁵³ religionem, quam paucissimis et manifestissimis celebracionum sacramentis misericordia Dei voluit esse liberam, servilibus oneribus premunt, ut tollerabilior sit condicio Iudeorum, qui eciam si tempus libertatis non congnoverint, legalibus tamen sacramentis, non presumptionibus humanis, subiciuntur«, quos dure reprehendit *Salvator Mathei XV*, dicens: »Quare⁶⁵⁴ et vos transgredimini mandata Dei propter tradiciones vestras?« *Et sequitur*: »Et⁶⁵⁵ irritum fecistis mandatum Dei propter tradicionem vestram. Ypocrите, bene prophetavit de vobis Ysaias, dicens: Populus hic labii me honorat, cor autem eorum longe est a me, sine causa colunt me, docentes doctrinas et mandata hominum.« *Et Marci VII*: »Relinquentes⁶⁵⁶ enim mandatum Dei, tenetis tradicionem vestram, baptismata urceorum et calicum et alia similia hiis facitis multa.«

Hic applica de tradicionibus inutilibus et legem Dei onerantibus paparum, collegiorum, monachorum, sacerdotum, et de ritibus superfluis

M 137r in ornatibus, / et aliis ceremoniis missarum et locionibus et rasuris 35

184r^a exterioribus, cum quibus / communiter se plus occupant hodie et Deo servire credunt quam cum lege. Insuper pro transgressione talium statutorum humanorum plus dolent, conscientiam formant et confitentur et appreciant, quam de transgressione legis Dei, cum tamen quilibet cristianus deberet credere firmiter, quod si viveret ut sanctus Petrus 40 ceterique sancti in mandatis et lege Dei, quod salvaretur sicut isti, dimisis istis superfluis tradicionibus, que vel legi Dei contrariantur,

04 qui: que *Vulg.* — ducuntur: dicuntur *M* — 05 *Mathei VI* ... Et sequitur *om. U* — 07 ibidem: idem *U* — 08 quia receperunt: quia *om. M* — 09 quod *em.*: qui *UM* — 14 *Mathei*: *Marci M* — 19 sarcinas: pondus *M* — 20 paucissimis: in paucissimis *U* — 27 mandatum: mandata *U* — 33 Hic... tradicionibus: Hic aplora detractionibus *M* — onerantibus: honorantibus *M* — 34 de ritibus: dentibus *M* — 35 locionibus: locucionibus *M* — 37 credunt: credere *U* — 42 dimisis: dermissis *M* — superfluis *om. M* — tradicionibus: contrariacionibus *M*

01 vel administrus legem Dei impediunt vel onerant, quia interim, quod quis se occupat illis tradicionibus, vel impeditur in legi Dei vel semiplene se occupat in ea, et sic non potest esse toto corde, tota anima, tota mente, totis viribus occupatus in legi Dei propter istas superfluas 05 tradiciones hominum.

Unde dicit *Lira Daniel VI super isto, quod* »principes⁶⁵⁷ et magistratut et satrapi inierunt consilium, ut tale decretum exeat imperatoris es edictum, ut omnis, qui pecierit aliquam petitionem a quoconque Deo et homine usque ad XXX dies, nisi a te, rex, mittatur in lacum leonum «: 10 »Hoc modo⁶⁵⁸ familiares principibus aliquando inducunt eos ad fa/ciendum aliqua statuta pessima sub specie boni, quod zelent pro rege, cum tamen aliud intendant. Simile edictum fecit Asuerus ad suggestionem Aman, ut habetur Hester III et IIII, quia quasi zelans pro pace regni inpetravit fieri edictum de destruccióne Iudeorum, et tamen inpetravit 15 aliud edictum fieri, ne quis accederet ad regem infra XXX dies, in hoc similans se zelare pro regis magnitudine. Ex cius reverencia nullus auderet ad eum accedere in tanto tempore, sed hoc faciebat, ne aliquis infra hoc tempus ad regem accederet, qui liberacionem Iudeorum inpetraret.« *Hec ille.*

20 Sic nunc inventa sunt interdicta huiusmodi dyabolica ad vindicandum se de iniuriis, hoc est ne in propriis voluntatibus eorum impedianter, ut habetur *De sentencia excommunicacionis c. 1 in Clem. § penultimo, ubi dicitur:* »In⁶⁵⁹ cessacionibus vero generalibus a divinis civitatum, terrarum et aliorum locorum, quas aliquando ex consuetudine sibi vendicant (quia ipsos hoc unico lumine ad repellendas iniurias eis factas privare nolumus nec debemus), idem intelligimus observandum«, scilicet quod debet observari et non infringi. O anticeristiana et vulpina dolositas, voluntatem et statuta sua apprecians et magnificans et legem / Dei suumque servicium impediens!

30 Unde *Augustinus super Psalmo XXXI:* »Ego⁶⁶⁰ dico per totum: „laudent, pueri, Dominum, laudate nomen Domini.“ Unde laudent? Usque quo laudent? Respondet: „a solis ortu usque ad occasum.“ / Ideo dicit *Hester XIV:* »Volunt⁶⁶¹ claudere ora laudancium te atque extinguiere gloriam templi.« Sic fecit Antiochus conburere libros legis et 35 interdixit laudem Dei, ut *I Machabeorum 1 post medium per totum et II post principium. et II Machabeorum V, VI, VII.* Et quomodo habet eciam ortum ex vulneracione cuiusdam cardinalis, racione cuius papa totam Romanam supposuit interdicto, habetur *in cronicis*; et quomodo ulterius divulgatum est, *habetur in Decretalibus, in VI et in Clem.* Sed

184v*

M 137v

01 interim: iterum *U* — 02 tradicionibus: contrariacionibus *M* — 03 occupat: occupant *M* — 04 occupatus: occupatis *U* — 05 usque... rex: nisi a te, rex, usque ad XXX dies *U* — 10 aliquando *om.* *U* — eos *om.* *M* — faciendum aliqua: aliqua faciendum *U* — 11 boni *om.* *Lyra* — 12 tamen: cum hoc *Lyra* — 16 similans: simulans *Lyra* — zelare pro regis magnitudine: zelare regis magnitudinem *U* — 17 ad eum: ad Deum *M* — aliquis: quis *U* — 18 Iudeorum *om.* *M* — 23 civitatum: cunctarum *U* — 27 debet: debent *M* — 28 sua: suas *U* — 32 Respondet *om.* *M* — 33 dicit: dixit *M* — 34 Antiochus: Anthonius *M* — 35 Machabaeorum 1: 1 *om.* *U* — 38 supposuit interdicto *om.* *U* — in cronicis *em.*: in caronicis *U*: in corinicis *M* — 39 Sed: Si *U*

ista interdicta non timuit Mardocheus, Machabeus, Eleazarus et mater 01
cum VII filiis, Daniel et Hester, sed plus timentes Deum quam regem
se fortiter pro salute et liberacione sua et populi exposuerunt, Daniel
orando et Hester ad regem intrando. Que tandem interdicta fuerunt
occasio ruine excogitancium ea, quia Aman suspensus in patibulo, et 05
isti, qui accusabant Danielem, missi sunt in lacum leonum. Sic Petro
existente in carcere » oracio⁶⁶² fiebat sine intermissione ab ecclesia ad
Deum pro eo «, *Actuum XII*, non sicut docet c. *Si quis suadente XVII*
134v^b q. *I⁶⁶³* et eis similia statuta interdicta continencia. Sed et nunc fideles
interdicta eorum anticristica non debent formidare, sed viribus omnibus 10
Deo servire et orare. Per hoc enim maxime destruitur Anticristi corpus,
et malicia et seduccio ipsius manifeste erunt, quia »in⁶⁶⁴ laqueo suo
humiliabit eum et cadet, cum dominatus fuerit pauper homo«,
Psalmus IX.

Unde dicit *Bonifacius VIII De sentencia excommunicacionis*, *Alma* 15
mater, l. *VI*, quod ex huiusmodi interdictis et statutis, ne divina
celebrentur officia vel ministrentur ecclesiastica sacramenta » excrescit⁶⁶⁵
indeocio populi, pullulant hereses et infinita pericula animarum insurgent,
ac ecclesiis sine culpa earum debita obsequia subtrahuntur«. Unde dicit *Iohannes Andree in glossa*: »Audivi⁶⁶⁶ de quodam loco in 20
marchia, quod tanto tempore steterat interdictum, quod facta relaxacione
homines illius loci XXX vel XL annorum, qui nunquam audiverant
missam, deridebant presbiteros celebrantes. « »Si«⁶⁶⁷ ergo »hi tacebunt,
lapides clamabunt«, id est layci Deum laudabunt.

Adhuc de ista iusticia superflua dicit *Crisostomus*, et ponitur *XXVI* 25
q. *VII*: »Alligant⁶⁶⁸ autem onera gravia et importabilia' etc., tales
sunt sacerdotes eciam nunc, qui omnem iusticiam populo mandant,
135r^b et ipsi non modicam servant, videlicet, / non ut faciendo sint iusti, sed
ut dicendo appareant iusti. Tales sunt, qui grave pondus venientibus
M 138r ad penitenciam ponunt, quia dicunt, et non faciunt, / et sic, dum pena 30
penitencie presentis frangitur, contempnitur peccati futura pena. Sicut
enim, si fascem super humeros adolescentis, quam non potest baiolare,
posueris, necesse habet, ut aut fascem reiciat, aut sub pondere confringatur:
sic et homo, cui grave pondus penitencie inponis, aut penitenciam
reiciet, aut suscipiens, dum auferre non potest, scandalizatus amplius 35
peccat. Deinde etsi erramus modicam penam inponentes, nonne melius
est propter misericordiam dare rationem quam propter crudelitatem?
Ubi enim paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax;
si Deus benignus, ut quid sacerdos eius austerus vult apparere?«

Tertia hic iusticia dicitur remissa; *Apokalipsis III*: »Scio⁶⁶⁹ opera 40
tua; quia neque frigidus es, neque calidus: utinam frigidus esses aut

05 Aman: Amon U — 11 Deo servire: servire Deo **M** — Per: Pro **M** — 12 man-
ifeste erunt: manifesta erit **M** — 13 cum: dum **U** — pauper homo: pauperum
M — 16 et statutis: et sathanicis **M** — 18 pullulant: ullulant **M** — 19 earum:
eorum **U** — 21 steterat: stetit **M** — 22 illius loci *om.* **U** — annorum *om.* **M** —
qui *om.* **U** — 23 missam *om.* **U** — 26 etc. *om.* **U** — 27 eciam: et **U** — 28 non:
nunc **M**: nec *Fr.* — 30 dum pena penitencie *om.* **U** — 31 frangitur: fugitur *Fr.* —
Sicut: Sic **U** — 32 humeros: humores **M** — 41 calidus: callidus **U**

01 calidus! Sed quia tepidus es, id est non frigidus nec calidus, incipiam te
evomere de ore meo. Quia dicens: quod dives sum et locupletatus et
nullius egeo, et nescis, quia miser es et miserabilis et pauper et cecus
et nudus« etc. Quia » maledictus,⁶⁷⁰ / qui negligenter facit opera Dei», 135r^b
05 dicit Ieremias 48, et ponitur Extra De officio archipresbiteri, Ministerium,
in glossa. Et maledictus⁶⁷¹ homo, qui terram duabus viis ingreditur
et indui⁶⁷² veste non debet quis lino lanaque contexta, et nemo debet
claudicare⁶⁷³ in duas partes, et nemo⁶⁷⁴ potest duobus dominis servire;
nemo enim filius Dei⁶⁷⁵ et dyaboli simul esse potest. Et »nemo,⁶⁷⁶ mittens
10 manum suam ad aratum et respiciens retro, est aptus regno Dei«.
»Cum⁶⁷⁷ minus malum existat, viam Domini non congnoscere, quam
post agnitam retroire«, II Petri II, et ponitur Extra Dè apostatis, Quidam,
in textu et in glossa. »Qui⁶⁷⁸ perseveraverit ergo usque in finem, hic
salvus erit«, Mathei X et XXIIII.

15 Alia diminuta et insufficiens iusticia sicut scribarum et pharyseorum.
Crisostomus Mathei V De imperfecto: »Scribarum⁶⁷⁹ et pharyseorum
iusticie sunt mandata Moysi, que de pena liberabant, non autem intro-
ducunt in regnum« etc.

Iusticia sufficiens et habundans sunt mandata Christi minima Mathei V:
20 »Qui⁶⁸⁰ solverit unum de mandatis istis minimis.« *Crisostomus*: »Domini-
nus⁶⁸¹ manifeste ostendit, que sunt, dicens demonstratorie: „Si quis
solverit unum de mandatis istis“, id est, que modo dicturus sum. Nam
talis est modus loquendi in Scripturis: que postmodum dictura sunt,
quasi dicta demonstrantur, sicut est ibi „Audite hoc omnes gentes“.«
25 Que / „hec“, nisi que in sequentibus versiculis dicturus erat?« Hec 135v^a
Crisostomus. Ecce, quomodo hic iste doctor, manens circa textum, qui
dicit »mandatis istis«, non dicit »consiliis«, sicut alii multi dicunt.
Consilia ymmo sunt sex^c Christi mandata, / scilicet: non irasci, non M 138v
concupiscere, non dimittere uxorem causa fornicacionis excepta, omnino
30 non iurare, non resistere malo, orare et benefacere inimicis. Et dicuntur
minima secundum Crisostomum mandata Christi, quia in peccato minima
videtur quantum ad homines negligentes, »in⁶⁸² actu difficultia et in
remuneracione magna«: »Non⁶⁸² irasci difficile est in actu, quia dum
levis culpa putatur, non facile observatur a multis, et in remuneracione
35 magna sunt, quia difficile et laboriosum est abstinere ab eis. Mandata
autem Moysi in actu facilia sunt, in remuneracione autem modica,
in peccato autem magna, quoniam abstinere ab homicidio vel adulterio
facile est. Ipsa enim criminis magnitudo voluntatem faciendi repercutit,
et ideo non habet laudem, qui abstinet se ab illis. Et ideo in remuneracio-

01 calidus — calidus: callidus — callidus *U* — 02 dicens: dices *U* — locupletatus:
lopletatus *U* — 03 egeo: egio *M* — 04 negligenter: fraudulenter *Vulg.* — 05 dicit
om. *U* — 48 *om.* *M* — 09 Dei et: Dei ac *M* — 10 suam *om.* *M* — 11 minus: unus
M — 15 Alia: Similia *M* — 17 autem introducunt: autem eciam introducunt *M* —
18 etc. *om.* *M* — 19 Iusticia... sunt: Alia est iusticia sufficiens et habundans, ut
sunt *M* — 22 id est: et *M* — 28 sex Christi mandata: Christi mandata sex *M* —
32 et in remuneracione: et *om.* *M* — 34 et in *om.* *U* — 36 in actu... remuneracione:
in actu sunt facilia, sunt in remuneracione *U* — 37 vel adulterio: vel ab adulterio *M*

ne modica, in peccato autem magna; nam omne malum, quanto gravius 01
185v^b crimen est, tanto levius videtur / ad non faciendum et gravius facit
peccatum, si fuerit factum. « *Hec Crisostomus.*

Ideo sequitur: » Dico⁶⁸³ autem vobis, quia nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum, non intrabit in regnum 05 celorum », id est *secundum Crisostomum*: » Nisi⁶⁸⁴ quis supra legis mandata eciam hec, que aput illos minima estimantur, inpleverit, non intrabit in regnum celorum; quoniam illa de pena liberabant, non autem introducunt in regnum. Hec autem et de pena liberant, et in regnum inducunt. « *Hec ille. Crisostomus:* » Incipit⁶⁸⁵ ostendere, que sunt minima illa, quorum solucionem predixerat periculosam. ,Scitis', inquit, ,quod dictum est antiquis: non occides. Ego autem dico vobis' etc. Qui ergo inplet Cristi mandata, tacite in eis inplet et legis. Nam qui non irascitur, multo magis non occidit; qui autem inplet legis mandatum, non omnino et legis Cristi. Frequenter enim homo non occidit propter timorem 15 vindicte, tamen irascitur. Deinde sine mandatis hiis Cristi nec possunt stare legis mandata. Nam si concedatur licentia irascendi, datur et causa homicidii faciendi. Ex ira enim homicidium generatur. Tolle autem iram et homicidium non fit. « *Hec Crisostomus.*

Moyses enim securim⁶⁸⁶ posuit ad ramum arboris, prohibens opus 20
186r^a homicidii, / fornicacionis et ceterorum. » Dicebant⁶⁸⁷ enim Iudei«, ut dicit *Lira de hoc precepto* »non occides«, »quod prohibetur occidendi factum, non autem occidendi propositum«. Sed hunc errorem excludens *Salvator, dicit* »ego⁶⁸⁸ autem dico« etc. Ipse enim sicut verus colonus, de quo *Ieremie X* »quare⁶⁸⁹ quasi colonus futurus es in terra, et quasi 25
M 139r viator declinans ad manendum? Quare futurus es velud vir/vagus? « etc., »securim⁶⁸⁶ posuit ad radicem arboris«, prohibens voluntatem, concupis- cenciam malam. Unde dixit Baptista *Mathei III*: »Iam⁶⁹⁰ enim securis ad radicem arboris posita est.«

Unde *Crisostomus Mathei III super isto* »Esca⁶⁹¹ autem eius erat 30 locusta et mel silvestre« inquit: »Parva⁶⁹² volatilia et non in altum volancia manducabat Iohannes, maiora autem volatilia et in altum volancia, que altissima celi poterant penetrare, Cristo postvenienti quasi regi magno servabat. Ille enim postea veniens magna volatilia et in altum volancia manducavit, id est docuit apostolos XII et sub 35 apostolis LXXII et ceteros cristianos, quibus altissima mandavit precepta: ,Antiquis dictum est: non occides; ego autem dico vobis, si quis iratus 186r^b fuerit' etc. ,Antiquis / dictum est: non adulterabis; ego autem dico vobis, usque ad oculum non concupiscas. Antiquis dictum est: non periurabis;

06 supra: super U — 07 eciam hec: hec om. U — 08 in regnum: in om. U — non autem introduceunt in regnum: non autem eciam introducunt regnum M — 12 vobis om. M — inplet... inplet: inplet... inplet M — 13 et legis: et om. U — 14 inplet: inplet M — non omnino et: non omnino enim et M — 15 Cristi om. M — 17 datur: dicitur M — 24 dicit om. U — dico om. U — 25 de quo Ieremie: de quo dicit Ieremie M — 26 declinans: declinas M — manendum: monendum U — etc. om. M — 27 securim: securum M — 31 locusta: lutosa M — et mel silvestre om. M — et non: non om. M — 32 et in altum: et om. U — 33 postvenienti: postveniente M — 34 postea veniens: postveniens U — 35 et in altum: et om. U — id est: et U

01 ego autem dico omnino non iurare'. « Sic idem dicit *Mathei XIX*: »Habes⁶⁹³, non occides', trade hoc gentibus, ut discant non occidere; tu autem sequere me, ut non iratus fueris. Habes, non periurabis', trade hoc gentibus, ut discant non periurare; tu autem sequere me, 05 ut non iures. « *Hec Crisostomus*.

»Qui⁶⁹⁴ ergo solverit « non agendo vel non credendo, ut pharysei, »unum⁶⁹⁴ de mandatis istis minimis et docuerit sic homines «, ut solvant, »minimus⁶⁹⁴ vocabitur in regno celorum «, id est »despectissimus⁶⁹⁵ est in ecclesia sanctorum «, non quod ibi sit, sed quia ab hiis, qui ibi sunt, 10 minimus, id est despectissimus reputabitur, quasi diceret »erit eo indig-nus«. Unde *glossa ordinaria*: »Pharizeos⁶⁹⁶ notat, qui mandata Dei dimiserunt pro suis tradicionibus, que nichil valent, dum vel minimum, quod in lege est, pretereunt. Solvere est non agere, quod recte intelligit, vel non intelligere, quod depravavit, aut minuere intergritatem superad-dicionis Cristi. « *Crisostomus*: »Id⁶⁹⁷ est, qui solverit et docuerit sic, 15 inter cristianos quidem erit, tamen minimus cristianus. « Ideo dicit *Crisostomus Mathei VII*: »Qui⁶⁹⁸ vult esse verus cristianus, non solum non occidat, sed nec irascatur sine causa; non solum non fornicetur, sed 20 nec usque ad oculum concupiscat; non solum non periuret, sed nec iuret. « /

136v^a

Unde dicitur *XXIIII q. IV § »Ex⁶⁹⁹ hiis omnibus colligitur*, quod malorum vindicta Deo reservanda est. « *Et sequitur*: »Unde⁶⁹⁹ Christus in ewangelio ayt: ,Audistis, quia dictum est in lege' (quemadmodum ulcionis lex statuit) oculum pro oculo, dentem pro dente'. ,Ego autem' 25 (hanc vicissitudinem tollens et ad mansuetudinem et caritatis perfec-tionem invitans vos) ,dico vobis: / nolite resistere malo, sed diligitte inimicos vestros et benefacite hiis, qui oderunt vos, ut sitis filii patris vestri, qui solem suum oriri facit super bona et mala et pluit super iustos et iniustos' etc. « *Et sequitur*: »In⁶⁹⁹ lege enim Veteris Testamenti 30 corporalis pena statuta est, in lege vero ewangelii omni peccanti per penitenciam venia promittitur. Unde illa a terrore incipit, dicens: ,Ego sum Dominus Deus zelotes, visitans peccata patrum in filios usque in tertiam et quartam generacionem.' Hec vero a levitate mansuetudinis et misericordie, ita inquiens: ,Beati pauperes spiritu' etc., ,beati mites' 35 etc., ,beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur'. In illa dicebatur: ,Qui fecerit hoc vel illud, morte moriatur,' in ista dicitur: ,Gaudeo super uno peccatore penitenciam agente.' « *Et sequitur*: »Et⁶⁹⁹ ut universaliter dicatur, in lege populus ille rudis servili timore penarum cogebatur: unde et ,legem in pedagogum accepit; in ewangelio autem 40 populus gracie liber / et adultus filiali amore et hereditatis certitudine 139v^a ad cultum divine servitutis invitatur. « *Hinc Gregorius ayt*: »Cum⁷⁰⁰

M 139v

01 autem dico: autem *om. U* — *Mathei XIX*: *Mathei XI U* — 05 *Hec: Hoc M* — 06 solverit non agendo: solverit de mandatis non agendo *M* — credendo: reden-do *U* — 09 non quod: quod non *M* — hiis, qui: hiis et qui *M* — 11 notat: nota *M* — 13 quod recte ... depravavit *om. U* — 14 minuere: minime *M* — 15 et docuerit: vel docuerit *M* — sic *om. M* — 25 tollens et ad mansuetudinem *om. U* — 28 vestri *om. U* — bona ... super *om. M* — 29 etc. *om. U* — 31 promittitur: permittitur *U* — 32 visitans *em.*: visitas *UM* — in filios: et filios *M* — 33 in ter-ciam: ad tertiam *M* — 34 spiritu etc.: spiritu, quoniam etc. *U* — 36 fecerit: fecit *U* — 38 universaliter: aliter *U* — 41 *Gregorius*: et *Gregorius M*

in lege scriptum sit ,diliges amicum tuum et odio habebis inimicum 01 tuum', accepta tunc licencia, iustum fuerat, ut Dei suosque adversarios quanta possent virtute conprimerent eosque in ore gladii ferirent. Quod in Novo proculdubio Testamento compescitur, cum per semetipsam Veritas predicet, dicens ,diligite inimicos vestros, benefacite hiis, qui 05 oderunt vos'. Quid ergo per tauros, nisi patres Veteris Testamenti signantur? Nam dum ex permissione legis acceperant, quatinus adversarios suos odii retribucione percuterent (ut dicam ita), quid aliud quam thauri erant, qui inimicos suos corporee virtutis cornu feriebant? Quid vero per altilia, nisi patres Novi Testamenti figurantur? Qui dum graciam 10 interne pigwedinis percipiunt, terrenis desideriis innitentes, quasi contemplacionis pena se ad sublimia sublevant.«

Ideo *Mathei XIII*: »Cum⁷⁰¹ dixerunt servi: vis, imus et colligimus ea « (dicit glossa: »Separando⁷⁰² eos a communitate ecclesie per excon-

187r^b municacionem et tandem dimittendo / iusticie seculari exterminando per 15 mortem.«), »et⁷⁰³ ayt: Non, ne forte colligentes zyzaniam, eradicetis « etc. Unde *Augustinus in libro De baptisme et ponitur XXIII q. IIII* »Quantus⁷⁰⁴ arrogancie tumor est, quanta humilitatis et lenitatis oblivio et arrogancie quanta iactacio, ut quis se posse facere credat, quod nec apostolis concessit Dominus, ut zyzania videlicet a frumento putet se 20 posse discernere?« Ideo dicit *ibidem glossa ordinaria*: »Cum⁷⁰⁵ spiritualis homo audit hoc esse a dyabolo, qui nichil valet contra auctoritatem Dei,

M 140r potest ei voluntas suborri, ut tales auferat / de mundo, si facultatem 25 habet, sed consultit iusticiam Dei, an facere debeat et an Deus velit hoc esse officium hominum. Sed Veritas respondet non nosse hominem in hac vita, qualis futurus sit qui modo errat, vel quid error eius bonis conferat; et ideo non esse tollendos, ne boni interficiantur, qui forte futuri sunt; vel ne bonis obsit, quibus prosunt. Tunc vero oportune fieri, cum iam non est tempus conmutande vite vel proficiendi aliis; et tunc non ab hominibus, sed ab angelis debet fieri.« 30

187r^b Ideo hic / datur locus penitencie, ut monemur non cito amputare, quia qui hodie errat, forsitan cras defendet veritatem. Si ergo modo avelleretur, triticum quod futurum erat, eradicaretur. Vel necesse est, ut mali permixti sunt bonis, per quos exerceantur, vel quorum conparacione nitantur ad melius, quibus sublatis altitudo caritatis marcescit. 35

Quid est eradicare? *Crisostomus Omelia XLVI super isto »ne eradice-* 706 *tis inquit:» Hoc autem dixit, prohibens prælia et sanguines et occisiones fieri. Neque enim oportet interficere hereticum, quia prelum inexpiable*

02 iustum: iustis *Fr.* — suosque adversarios: suusque adversarius *M* — 03 con- 03 primenter: compriment *M* — in ore *om.* *M* — 05 predicit: predicens *U*: predicit *Fr.* — benefacite: bene *M* — 06 oderunt *om.* *M* — 07 signantur: figurantur *M* — permissione: promissione *M* — 08 odii in *M* deest, vacat tamen spatium 4 fere litterarum — 11 interne: eterne *U* — terrenis: eternis *U*: a terrenis *Fr.* — 12 pena: penam *M* — 13 servi: sed *U* — 15 exterminando: exterminandos *Lyra* — 16 eradicetis: eradicare *M* — 18 tumor: timor *M* — humilitatis: humanitatis *M* — 20 Dominus *om.* *U* — 21 glossa *om.* *U* — 22 hoc: hec *M* — 23 auferat: auferret *U* — 24 sed *om.* *U* — et an: et *om.* *U* — 26 vel quid: vel quia *M* — 27 tollendos *em. sec.* *Glossam ordinariam*: tollendus *UM* — 33 eradicaretur: eradicare *M* — 35 nitan- tur: vitantur *M* — 36 Quid: Quod *M* — eradicare: eradicari *U*

01 in orbem terrarum induceretur. Duabus itaque hiis eos detinet cogitationibus, una quidem, ut non frumentum iacturam accipiat, alia autem, quia penam accipient ipsi omnino. « *Et sequitur*: »Quoniam⁷⁰⁷ ab ipsis eciam zyzaniis multos decens est transmutari et effici frumentum. 05 Si autem presumentes eos eradicaveritis, nocetis, efficitis ei, qui efficiendus est frumentum, eos, quos possibile est transmutari et effici meliores. interficientibus. Non igitur detinere hereticos et opilare et abscedere liberam eorum propalacionem, et synodus et studia dissolvere prohibent, sed interficere et occidere.« *Hec Crisostomus.*

10 Quam pulcre / concordant hec dicta doctorum cum ewangelio (et ergo 187v anpleteanda) et cum dicto *Pauli Romanorum XIII*: »Non⁷⁰⁸ sine causa princeps gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit.« Ecce dicit »vindex«, non »occisor«, quia vindicare debet et punire secundum Crisostomum supra. Ad hoc dicit [§] XXIII q.

15 *IIII Hiis respondet:* »Sunt⁷⁰⁹ quedam, que salubri ammonicione sunt corripienda, non corporalibus flagellis sunt animadvertisenda; sed eorum vindicta divino examini tantum est reservanda, quando in delinquentes videlicet disciplinas exercere non possumus, vel quia non sunt nostri iuris. De hiis ayt Apostolus: *Quid enim michi attinet de hiis, qui foris* 20 *sunt, iudicare? De hiis enim Dominus iudicabit;* vel, quia illorum crimina, etsi nobis nota sunt, tamen manifestis indiciis probari non possunt.« *Hec ibi.* Ecce quomodo loquitur de disciplinacione, non de occisione.

Alia / igitur scriptura doctorum, per quam videtur fore licitum M 140v occidere, de communi lege ewangelica, vel est priori contraria, vel ad 25 iusticiam antiquorum reducens, sicut allegant maleficos⁷¹⁰ non paciaris super terram. Antiquis enim non fuit licitum occidere iniuste et extra iudicium. Item iusticia antiquorum fuit pena talionis, ut pro / homicidio 187v voluntario et pro iniuria Deo et parentibus illata, et in aliis casibus expressis *Exodi XXI post principium et Deuteronomii XVII in principio* 30 *et XVIII in fine et XXI in fine et Exodi XXII post medium;* pro furto autem non occidebant, ut *Exodi XXII in principio*, nisi specialiter fuisse exceptum a Domino et mandatum expresse, ut de Achgor patet *Iosue VII circa medium, et primi Regum XV*, ubi expresse mandavit Dominus de occisione Agag et Amelech, et *3ⁱⁱ Regum XX et in aliis* 35 *multis locis in Regum, in Pentatewcon, Iudicum et Machabeorum, Hester et Iudith*, ubi Dominus iussit manifeste vel per revelationem occultam ad pugnandum contra adversarios et ad occidendum, dicens sepe: »ecce tradidi (seu tradam) eos omnes in manu tua«. Quomodo igitur aliter iusticia nostra deberet excedere istam iusticiam antiquorum, nisi sicut 40 *dicit Dominus:* »Ego⁷¹¹ autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo« etc., scilicet non solum non occidere, sed nec irasci. Dicit glossa ordinaria: »Superaddicio⁷¹² Cristi non irasci, non concupiscere,

01 itaque: atque *M* — detinet: detinent *M* — 02 alia: alii *M* — 04 decens: docens *M* — transmutari: transmutare *M* — 05 nocetis *om. M* — efficitis: efficietis *M* — 13 agit: egit *M* — 19 qui foris: que foris *U* — 20 vel: vobis *U* — 25 iusticiam: instanciam *M* — 26 terram: terram etc. *M* — 28 parentibus illata: participibus illatus *M* — 29 in principio et XVIII *om. M* — 30 furto: furtu *U* — 31 nisi: non *M* — 35 Iudicum ... manifeste vel: Iudit et ceteris vel *U* — 38 tradam ... tua: tradam sive hos in manu tua omnes *M* — 39 nostra: vestra *M* — 42 ordinaria: unde *M*

a quibus difficile est abstinere, et ideo sunt magna in remuneracione. « 0¹
Dicit *glossa extra ordinem*: »Difficile⁷¹³ verum est in se, sed facile habent
caritatem. «

188^r Ideo dicit *Haymo super illud II Corinthiorum III*: »Littera⁷¹⁴ occidit,
spiritus autem vivificat«: »Intelligendum⁷¹⁵ est hoc primo, quod littera 05
legis Moysaice occidit hominem corporaliter, iubendo et non iuvando.
Dum enim dicit ,non occides, non adulterium facies, qui occiderit vel
qui adulterium aut tale aliquid perpetraverit, reus erit iudicio, id est
occidetur, igne cremabitur, lapidibus obruetur, in patibulo suspendetur¹⁰
et non iuvat, quomodo inpleatur, proculdubio ipsa occidit hominem, que
iudicium dat, ut occidatur, licet ipsa non sit causa mortis. ,Spiritus autem
vivificat, ‘id est ewangelium, quod spiritualiter intelligit, et quod Spiritum
sanctum prestat, et non solum non occidit hominem in presenti, sed
insuper vivificat, id est vitam eternam prestat. Nusquam enim ewange-
lium iubet hominem occidi, sed provocat post culpam ad penitenciam, 15
promittens vitam eternam. ,Penitenciam‘, inquit, ,agite, appropinquabit
enim regnum celorum‘ «. *Hec ille*. Unde contra illos, qui volunt reducere

M 141^r ad iusticiam / antiquorum, dicitur *XXIII q. IIII § Ex hiis⁷¹⁶ et Roma-*

188^r *norum VIII.*⁷¹⁷ Unde cum quidam / legem quasi cohercentem pre-
dicarent esse tenendam simul cum gratia, ayt *Apostolus*: »Non⁷¹⁸ enim 20
acepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum
adopcionis filiorum, in quo clamamus Abba, Pater.«

»Audistis,⁷¹⁹ quia dictum est antiquis: non periurabis. « *Dicit Crisostomus*: »Ecce⁷²⁰ quartum mandatum, quod minimum putant avari,
qui bene iurare non putant esse peccatum, sine quo non potest stare 25
legis mandatum. Nam nisi iuramentum interdicatur, non possunt
amputari periuria. Ex iuramento enim periurium generatur. « *Et sequitur*:
»O⁷²¹ insipiens, qui alterum iurare conpellis! Nescis, quid facis. « *Et*
sequitur: »Ipse⁷²² Deus, qui periurare vetuit, ipse et postea non iurare
mandavit. Qui ergo iurando non timet Dei preceptum negligere, nec 30
in periurando timebit. Quid autem? Timet Deum aut non timet Deum.
Si timet, et sine iuramento non mentitur, si autem non timet, neque
cum iuramento potest dicere veritatem. « *Et sequitur*: »Nunc⁷²³ autem,
cum sciatis, quia et bene iurare peccatum est, quomodo potestis esse
liberi, qui occasionem datis, unde peccetur in Deum? Cesset ignis, 35
et incendium non fit; subtrahe gladium, et homicidium non committitur;

188^v* sic tolle / iuramentum, et periurium non fit. Hec de illis dicta sunt,
qui iurant per Deum; eorum autem, qui iurant per elementa, execrabilior
iniquitas. « *Et sequitur*: »Propterea⁷²⁴ ydolatram se facit omnis, qui
per aliquid iurat, eciamsi iurare liceret: quia non redderet Deo iuramenta 40
sua, sed elementis, et dupliceiter peccat. Primum, quia iurat; demum,
quia deificat per quem iurat.«

»Sed⁷²⁵ forte dicas: quid faciam? Non michi credit nec vult credere,
nisi iuravero. Acquiesce magis peccuniam perdere quam salutem.

07 occiderit: occidit M — 10 iuvat em. sec. *Glossam ord.*: vivet UM — quomodo:
quo *Glossa ord.* — 11 dat, ut: ut om. M — 18 et Romanorum: et om. M — 19 pre-
dicarent: predicaret U — 20 esse: eam esse U — 22 adopcionis: adoptacionis M —
28 Et sequitur om. U — 29 postea: postmodum U — 34 quia om. U — 41 sua om. M

01 Preciosior tibi videatur anima tua quam res tua. Si rem aliquam perdis-
deris, vivere potes. Si perdideris Deum, quomodo vives? An nescis,
quia quod invitus amittis propter Dei timorem, mayorem mercedem
habes pro illo, quam si elemosinam dedisses? Quod quia cum maiori
05 collectacione facimus, pro illo dignius coronamur? Ecce, amice, anmoneo
te, ne hominem aliquando iurare compellas. Sive existimas eum bene
iurare sive male, magis recede ab eo. « *Hoc et similia multa per Crisostomum. Origenes super hunc locum.* » Existimo,⁷²⁶ quoniam non oportet,
ut vir, qui vult secundum ewangelium vivere, adiuret alterum. Si enim
10 iurare [alterum] non licet, quantum ad ewangelii Cristi mandatum,
notum / est, quia nec adiurare alterum licet. «

188v^b

M 141v

/ *Unde Augustinus XXII q. 1 In⁷²⁷ Novo Testamento dictum est, ne omni-
no iurémus. Quod quidem michi propterea dictum esse videtur, non, quia
iurare peccatum est, sed quia periurare inmane peccatum est, a quo longe
15 nos esse voluit, qui omnino ne iuremus conmonuit. « Sed secundum eundem
De cons. di. II Liquido, loquens de sumpcione sacramenti: » Si⁷²⁸ hoc ille,
scilicet Dominus, monuisset, ut post cibos alios semper acciperetur, credo,
quod eum morem nemo mutasset. « Ergo quod Dominus conmonuit
omnino ne iuremus, nullus inmutare debet, quia » quod⁷²⁹ Dominus
20 iubet, bonus servus non mutat». *XXVIII q. 1 Sic enim.**

Sic ergo tenuerunt apostoli primitivique cristiani: »Sermo⁷³⁰ eorum
fuit est, est, non, non« usque ad Fabianum papam, de quo legitur
in *Cronica Flores temporum*, qui anno Domini COXLIX »constituit,⁷³¹
ut pro causa licita homo iurare debeat« ad tollendas controversias,
25 et tandem alii supervenientes istud dilataverunt et statutis suis robora-
verunt, propter quod tunc glossatores videntes illa statuta papalia,
textum glossaverunt et alleniaverunt, ne contra statuta ista viderentur
loqui, quia alias non fuissent ab eis / accepti et approbati in scriptis 139r^a
suis et canonisati, sed magis forte condempnati, reiecti et hereticati
30 cum aliis. Unde dicit *quidam doctor nomine Michael super istum locum*
»non⁷³² iurare omnino«: »Hic⁷³³ est advertendum, quod illud preceptum
de non iurando omnino datum fuit solis apostolis, qui fuerunt viri
perfectissimi, edificatores ecclesie primitive, et ideo protunc non licebat
eis aliquomodo iurare, quia fidelibus fuisse scandalum, quia per hoc
35 non monstrassent se viros perfectos, quorum verbo est assenciendum
sine iuramento. Sed post apostolorum predicacionem intelligendum est
illud „omnino“ id est false vel inutiliter. « *Hec ille.*

Hic possumus advertere, quomodo huiusmodi glossatores et consimiles
concordant cum primitive ecclesie vita, et quomodo sit fundata supra

02 potes: poteris M — 08 Origenes: Gregorius U — 10 alterum *rem. sec. MPG* —
11 adiurare: iurare U — 12 dictum est *om.* U — 13 quia iurare: quare iurare M —
15 eundem: Augustinum M — 17 scilicet *om.* M — monuisset: novisset M —
19 omnino ... iubet *om.* M — 21 primitivique cristiani *em.*: primitivique cristia-
nique U: primitivi cristiani quod M — 23 qui: quod M — 24 ut: quod M — 26 tunc
om. U — 27 ne: nec M — ista *om.* U — viderentur: videantur U — 28 ab eis
bis U — 31 Hic ... omnino *om.* U — 32 solis apostolis: solum apostolis M —
33 ecclesie primitive: primitive ecclesie M — non licebat: non *om.* U — 37 illud:
istud M — 39 supra: super M

verba et facta Cristi et apostolorum ceterorumque sanctorum. 01
»Qui⁷³⁴ habet aures audiendi, audiat «, quam longe recessimus a veritate.

Est et factum cum ista materia et consimili ewangelica, sicut modo fit et factum est de materia calicis sangwinisque Cristi dandi populo fidi laycali. Sicut enim patet ex scriptis doctorum de Constancia, 05

189r^b fatentur esse ewangelium Cristi et quod apostoli et primitiva ecclesia sic tenuerunt, nichilominus tamen / eam condemnant dare, sic et tandem dantes et tenentes cum effectu hereticant. Sic suo modo de ista materia dicit *Innocencius III Extra De iureiurando*, »Etsi⁷³⁵ Cristus

M 142r precepit / secundum ewangelicam veritatem ,sit sermo vester est, est, 10 non, non«, ut affirmacio vel negacio sicut procedit ex ore, ita procedat ex corde, quia tamen hominum excrescente malicia « etc., ita, quod admittit, quod pro re vera, licita et honesta potest iurari, et tandem nolentes iurare »ex⁷³⁶ hoc ipso facto tanquam heretici reputentur« ab eodem, ut *Extra De hereticis, Excommunicamus, primo circa finem*. 15

Ecce quomodo iste preceptum Cristi et ewangelium sicut per se dicit, quod Cristus precepit secundum ewangelicam veritatem »sit⁷³⁷ sermo vester est, est, non, non«, audet hereticare et observantes sive observare volentes tanquam hereticos condemnare! Si videtur alicui, quod aliquis sit supra Cristum, valens suum preceptum inmutare et condemnare, 20 potest consentire ei. Sed scire debet quilibet fidelis, quod »yota⁷³⁸ unus aut unus apex non preteribit a lege« Cristi, ymmo »celum⁷³⁹ et terra transibunt, verba autem eius non preteribunt«. Ideo non debet curare 25 condempnaciones istas humanas sive de sanguine, sive de non iurando omnino, seu aliis punctis ewangelicis, sed pocius Christo credere / et suis apostolis aliisque sanctis imitatoribus verbo et facto, nomine et re apostolorum Christi.

Ymmo regula monachorum et monialium communiter tenet, quod non debent iurare. Unde in *Regula, ut dicitur, Benedicti, habetur*: »Non⁷⁴⁰ iurent, ut non periurent. « Unde sanctus *Iacobus apostolus*, qui, ut creditur, 30 interfuit in monte, dum Dominus predicta verba protulit, non iurare omnino in canonica sua V c. plane exponit, dicens »ante⁷⁴¹ omnia autem, fratres mei, nolite iurare neque per celum neque per terram neque per aliud quocunque iuramentum; sit autem sermo vester est, est, non, non, ut non sub iudicio decidatis« (»id⁷⁴² est in condempnacionem « secundum *Lyram ibidem*), non querens evasions seu sophisticaciones loycales. Et quia Spiritum sanctum in signo visibili cum aliis apostolis recepit, sibi plus est credendum in sua simplici exposicione, concordante cum dicto Christi, quam aliorum dictis evasionem querencium, et precipue *Lire, qui dicit hic, quod* »negacio⁷⁴³ postponitur signo universalis affirmativo, quod equipolleth suo contradictorio, postposita autem <equipolleth> suo contradictorio. Hic autem non dicitur omnino non iurare, quia esset sensus, quod in nullo casu esset iurandum, quod est falsum«. 40

02 recessimus: recessus U — 03 cum... factum est om. U — 04 dandi: dando U — 11 ut: prout U — 12 etc. om. U — 16 iste: isti M — ewangelium: ewangelii M — 29 non debent: non debet M — 30 apostolus om. U — 33 neque per terram: etc. U — 37 visibili: visibile M — apostolis om. U — 40 affirmativo: affirmacio M — 41 autem equipolleth suo em. sec. *Lyram*: equipolleth om. UM — 42 quia: quod U — 43 quod in: quod om. U — quod est falsum om. .U

01 *Hec ille.* Utique *Iacobus apostolus* postponit negacionem, dicens / »ante⁷⁴¹ 189v^b
omnia nolite iurare«, et *Crisostomus* manifeste postponit, dicens »ego⁷⁴⁴
autem dico vobis omnino non iurare«, sic *Augustinus* dicit, quod Dominus
conmonuit »omnino⁷⁴⁵ non iuremus«, ut supra. Et si / *Lyra* velit ibi M 142v
05 respicere loycam, propono sibi et suis sequacibus illas consimiles propo-
siciones:

prima habetur *Levitici XXI*: »Et⁷⁴⁶ ad omnem mortuum non ingre-
dientur omnino«; item *Danielis 3^o* »et⁷⁴⁷ non tetigit eos omnino ignis«
et *Actorum IIII* »denunciaverunt⁷⁴⁸ eis, ne omnino loquerentur in
10 nomine Cristi« etc.; *Exodi XX* »nec⁷⁴⁹ omnia, que illius sunt«, et sic
de aliis, et videbunt, quod exposicio eorum loycalis non valet hic.
Unde secundum eos valeret »non tetigit omnino eos ignis«, id est aliquo
modo non tetigit eos, quod falsum est, quia nullomodo tetigit eos,
quia dicitur *ibidem circa finem* »quoniam⁷⁵⁰ nichil potestatis habuisset
15 ignis in corporibus eorum et capillus capitinis eorum non esset adustus«.
Ymmo et Lira per se in locis allegatis non exponit loyce, sed simpliciter,
ut sonat littera. Sic *Ezechielis XII super isto* »et⁷⁵¹ non erit ultra omnis
visio cassa« dicit: »Littera⁷⁵² est sic ordinanda: omnis visio non erit
ultra cassa, id est nulla visio erit / cassa, quia negacio postposita 140r^b
20 equipollet suo contrario.« Quare tunc eciam non possum ordinare
litteram, sicut *Crisostomus* facit, scilicet »omnino⁷⁵³ non iurare«?

Sed hoc est planum, quod si dixisset Cristus »audistis, quia dictum
est antiquis offerre tantum in magnis festivitatibus, ego autem dico
vobis non obmittere diem omnino sine offertorio«, vel »dictum est
25 antiquis sacerdotibus non habere partem in tribubus,⁷⁵⁴ ego autem
dico vobis nichil dimittatis eis omnino«, item si dixisset »dictum est
antiquis non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem,⁷⁵⁵ ego
autem dico vobis non esse omnino absque ymaginibus et picturis« et sic
de aliis, non reciperent aliquam loycam sive glossam textum alleviantem
30 et diminuentem, sed pocius aggravantem et ampliorem sensum redden-
tem vel simpliciter circa textum manentem.

De illo autem, quod dicit Salvator *Mathei XXIII* »qui⁷⁵⁶ iurat
in altari, iurat in eo, et super omnibus, que super illud sunt « etc. dicitur,
quod loquitur Dominus narrative, non assertive, doctrinam ita faciendi
35 nobis / dando, sed errorem eorum narrando. Et hoc innuit textus, 140r^b
qui dicit: »Ve⁷⁵⁷ vobis, duces ceci, qui dicitis: quicunque iuraverit per
templum « etc. Simile *Mathei XV*: »Vos⁷⁵⁸ autem dicitis: quicunque
dixerit patri aut matri « etc. Improbat ergo Dominus errorem Iudeorum,
qui secundum *Crisostomum* »aurum,⁷⁵⁹ quo ipsi delectabantur, et dona,
40 quibus pascebantur, sancciora dicebant, quam ipsum templum vel
altare, ut homines prompeiores fierent ad offerenda dona quam ad preces

01 *Hec ille om.* M — Utique *Iacobus apostolus*: Si est falsum. Utique *Iacobus apostolus* U — 02 nolite iurare *om.* U — 03 dico vobis *om.* U — 07 prima habetur:
prima que habetur M — 08 et non: et *om.* U — 09 eis: ei U — 10 nomine Cristi:
nomine *U*: nomine *Iesu Vulg.* — etc. *om.* M — 11 exposicio: expectacio M —
12 valeret: valet U — 13 falsum est: est falsum M — 14 *ibidem*: idem M —
15 corporibus eorum: corporibus eos U — 17 *Ezechielis XII*: *Ezechielis VII U* —
et non erit: et *om.* M — 19 ultra *om.* U — erit cassa *om.* M — 21 omnino *om.*
U — 23 offerre *om.* U — 24 est antiquis *om.* U — 28 etc. *om.* U — 34 Dominus
om. U — 35 dando *om.* M — 37 Simile ... matri etc. *om.* U

fundendas in templo, vel iusticias faciendas». *Hec ille.* Et sic secundum 01
Liram »dicebant,⁷⁶⁰ qui iurabant per templum Dei, nec peccabant nec

M 143r erant / in aliquo obligati. Sed illi, qui iurabant per aurum templi « (vel peccuniam, que sacerdotibus offerebatur) » erant⁷⁶⁰ obligati ad solvendum sacerdotibus certam porcionem auri», vel tantum, quantum 05 illud donum valebat. Et deducit eos consequenter ad inconveniens, concludendo eis ex propriis dictis, quasi diceret, quod hoc facitis ex avaricia et cupiditate. Patet manifeste ex ordine perverso, quod minus in se dicitis mayus et econverso, cum tamen ex caritate et zelo legis Dei procederetis, econverso deberetis iudicare, ut qui iuraret per templum, 10 quod sanctificat, aurum teneretur reddere etc. Cum templum princip-
140v* paliter ordinetur ad / divinum cultum, et sic quodammodo iuramentum 15 per templum redundat in Deum, qui colitur in templo, sicut iura*n*s in celum, in quo specialiter reluet virtus Dei, quodammodo iurat per Deum. Et hoc est mayus, quam iurare in dono, quod ad vestram utili-
tatem offertur. Et quod non dat doctrinam sic faciendi, scilicet iurare per templum vel per celum, patet manifeste supra, *ubi dixit* »neque⁷⁶¹ per celum, quia tronus Dei est, neque per Ierusalem, quia civitas est magni regis«. Ymmo secundum *Crisostomum*⁷⁶² dupliciter peccaret, ut supra dictum est. *Et dicit Ieronimus, quod* »templum⁷⁶³ et altare 20 Cristus est, aurum et donum laudes et sacrificia, que Deo offeruntur. Non enim ille per hec, sed hec per illum sanctificantur«. *Hec ille.*

Et cuiusmodi debent esse oblaciones et sacrificia, vide *Crisostomum De imperfecto Mathei II super illo* »obtulerunt⁷⁶⁴ ei munera, aurum, thus « etc. Et ibi pulere dicit, quibus danda sunt munera, scilicet pauperibus 25 et non habentibus. Ex illo ergo textu non possunt se tueri sacerdotes Bel et pharaonis, quod ipsis sit offerendum ad altare, sicut nec per illum textum *Mathei V* »si⁷⁶⁵ ergo offers munus tuum ad altare«, quia »littera⁷⁶⁶ occidit, spiritus autem vivificat«, *sicut potes ibi videre Crisostomum.*⁷⁶⁷

30

140v* *Et Heumo super illo* »et⁷⁶⁸ iuravit per viventem in secula seculorum « / *Apokalipsis X*, cum obicitur: Cristus in seipso, in apostolo Paulo et in angelo iuramentum approbat, *dicit:* »Homines⁷⁶⁹ recte iurare prohibentur, qui sepe in iuramento falluntur. Non enim homines a iuramento Deus cohibuisse, si in eo peccatum deesse conognovisset; Deus itaque iurare 35 potest, qui non mentitur aliquando, et ipse, qui est veritas, nunquam fallitur, et ideo ipse iurare potest, qui falli non potest.« Ideo dicit *Thomas* »quod⁷⁷⁰ in iuramento est magnum periculum, tum propter Dei magnitu-
M 143v dinem, cuius testimonium invocatur, tum propter labilitatem ligwe / hu-
mane, cuius verbo iuramenta confirmantur«, quia »hic⁷⁷¹ perfectus 40

01 in templo em. sec. MPG: eciam templo U: et in templo M — 02 dicebant, qui: dicebant, quod illi, qui *Lyra* — 09 mayus om. M — 10 ut qui: ut om. U — iuraret: iurat M — 11 reddere etc. om. U — 13 iurans: iurant M — 17 vel per celum: per om. U — 22 *Hec ille* om. U — 23 cuiusmodi: huiusmodi M — 24 super illo om. M — aurum, thus om. U — 25 ibi pulcre: ille pulcre M — 27 Bel et pharaonis: et om. M — 31 *Et Heumo* .. et iuravit em.: *Et Haymonem* super illud iuravit U: *Et Heumonem* super illo vide. Et Heumo super illo et iuravit M — 33 approbat om. U — 34 in iuramento: in om. M — 38 tum propter ... tum propter em.: dum propter ... cum propter U: tamen propter ... tum propter M: tum propter ... tum etiam propter MPL — 39 labilitatem em. sec. MPL: libertatem U: labilitatem M

01 est vir, qui in verbo non offendit », *Iacobi III*. Sed⁷⁷² cum Deus sit compendiōsissimus, prohibet verbum superfluum et ociosum, et per consequens iuramentum. Videant ergo iuratores modum, quo iste tres persone iuraverant, et obseruent modum istum plene, vel omittant omnino iurare. Sed difficile videtur istum modum perfecte cognoscere, ideo securum est nos a iuramentis simpliciter preservare.

Et si dicitur: licet, dicit tamen *propheta* »et⁷⁷³ iurabunt in iudicio veritate et iusticia», dicendum, quod ista est antiquorum iusticia, scilicet verum iurare, et hoc in iudicio, *ut / dicit*: »Audistis,⁷⁷⁴ quia 141r^a dictum est antiquis: non periurabis».

2º per creatorem et non per creaturam iurare debebant, *quod subditur*: »Reddes⁷⁷⁴ autem iuramenta tua Domino». Ut ergo nostra iusticia habundaret, *dixit*: »Ego⁷⁷⁵ autem deo vobis non iurare omnino». »Sit⁷⁷⁶ autem sermo vester est, est, non, non« *super quo dicit glossa interlinearis*: 15 »Qui⁷⁷⁷ iurare prohibet, loqui docet». Idem vult *Cyprianus in epistola*, *quod* »iurare⁷⁷⁸ non licet», quia non potest quis dicere, quomodo aliter iusticia nostra excederet antiquorum iusticiam, nisi non iuraret omnino, et si iurando non excedat, non intrabimus in regnum celorum, quia 20 »nisi⁷⁷⁹ iusticia vestra« etc.

20 Ideo dicit *Crisostomus*: »Deinde⁷⁸⁰ hec omnia mandata in pauperis persona convenientur», quia secundum quod dictum est supra, »difficile⁷⁸¹ potentes, divites, nobiles et multo difficilius eloquentes credunt Deo». Unde *Crisostomus super Mathei XXIII inquit*: »Omnia⁷⁸² verba secularia non habent in se virtutem Dei; quamvis sint composita et ingeniosa, 25 mortua sunt, quoniam in venis sensuum suorum non habent virtutem Dei. Propterea / nec audientem salvant. Omnia autem verba divina, 141r^a quamvis rustica sint et inconposita, viva sunt, quoniam intus in suis sensibus habent positam veritatem Dei, quasi sanguinem in venis inclusum, et ideo vivificant audientem, sicut attestatur Petrus ad Cristum dicens: 30 Quo ibimus? Verba viva habes», hoc est vite eterne, de qua dicit *Augustinus in libro de contemplacione*: »O⁷⁸³ quam ,gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei! Fundaris enim in exultacione universe terre, nec est in te senectus, non est in te mancus vel claudus nec gibbosus nec difformis, sed omnes occurrunt in virum perfectum, in mensuram etatis 35 plenitudinis Cristi. Quid hac vita beacius est, ubi non est paupertatis metus nec egritudinis infirmitas, nemo leditur, nemo irascitur, nemo invidet, cupiditas nulla ardescit, nullum ibi desiderium, honoris aut potestatis ambicio, nullus in te dyaboli metus, insidie demonum / nulle M 144r nec terror gehenne. Procul mors! Nec corporis nec anime, sed inmortali- 40 tatis vivemus vita iocunda. Nulla in te discordia, sed cuncta consona, cuncta conveniencia. « Que nobis prestare dignetur trinus et unus, qui vivit et regnat Deus in secula seculorum benedictus Amen.

01 Sed *om.* *U* — 03 iuramentum *om.* *M* — quo iste ... modum *om.* *U* — 06 simpliciter *om.* *U* — 07 licet *om.* *U* — 09 ut dicit: cum dicit *M* — 17 iuraret: iurare *M* — 20 Deinde *em. sec. MPG*: Domine *UM* — 25 habent: habet *M* — 26 nec *em.*: hec *UM* — audientem: audierem *U* — verba divina: verba *om.* *U* — 28 veritatem: virtutem *U* — venis: fenis *M* — 30 viva habes *om.* *U* — 33 vel claudus: nec claudus *M* — 35 beacius est: est *om.* *U* — paupertatis: pauper *U* — 37 ardescit: ardescet *U* — 39 mors *om.* *U* — 41 trinus et unus *om.* *U* — 42 be- nedictus *om.* *M* — Amen ter *M*